UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

# Novissima Polyanthea, In Libros XX. Dispertita

**Dominicus**

**Francofurti, 1613**

Adulatio

urn:nbn:de:hbz:466:1-97211

Visual Library

*Tempore ſic duro eſt inſpicienda fides.*
*Dum iuuat & vultu ridet fortuna ſereno,*
*Indelibatas cuncta ſequuntur opes.*
*At ſimul intonuit, fugiunt, nec noſcitur vlli*
*Agminibus comitum qui modo cinctus erat.*

Idem 3. Triſt.

*O mihi chare quidem ſemper, ſed tempore duro*
*Cognite, res poſtquam procubuere meæ.*
*Vt cecidi, cunctiq; metu fugêre ruinam,*
*Verſaq; amicitiæ terga dedere meæ.*

Senec. in Agam.

*Fidem ſecunda poſcunt, aduerſa exigunt.*
*Aduerſitas improuiſa grauior.*

Seneca in Herc. fur. tragœd. 1.

*Quod durum fuit pati,*
*Meminiſſe dulce eſt.*

Seneca tragœd. 6.

*Fletus ærumnas leuat.*

Seneca ibidem.

*Aequior caſum tulit, & procellas,*
*Mille qui Ponto pariter carinas*
*Obrui vidit, tabulaq; littus*
*Naufraga ſpargi.*

Ter. in Phorm.

*Incertum eſt quid agam, quia præter ſpem, atq; incredibile hoc mihi obtigit. Ita ſum irritatus, animum vt nequeam ad cogitandum inſtituere. Quamobrem omnes cum ſecundæ res maxime: tum maxime meditari ſecum oportet, quo pacto aduerſam ærumnam ferāt,*
*Pericla, damna, exilia.*

Ouid. 5. Triſt.

*Scilicet aduerſis probitas exercita rebus*
*Triſti materiam tempore laudis habet.*
*Si nihil infeſti durus vidiſſet Vlyſſes,*
*Penelope felix, ſed ſine laude foret.*

Idem 1. Triſt.

*Scire meos caſus ſi quis deſideret omnes,*
*Plus quam quod fieri res ſinit, ipſe petit.*
*Tot mala ſum paſſus, quot in æthere ſydera lucent,*
*Paruaq; quot ſiccus corpora puluis habet.*
*Multa incredibili tulimus maiora, ratamq;*
*Quamuis acciderint, non habitura fidem.*
*Pars etiam quædam mecum moriatur oportet.*
*Meq; velim poßint dißimulante tegi.*
*Si vox infragilis, pectus mihi firmius eſſet.*
*Pluraq; cum linguis pluribus ora forent,*
*Non tamen idcirco complecterer omnia verbis,*
*Materia vires exuperante meas.*

Idem 4. Triſt.

*Meq; tot aduerſis cumulat, quot littus arenas,*
*Quotq; fretum piſces, ouaq; piſcis habet.*
*Vere prius flores, æſtu numerabis ariſtas,*
*Poma per autumnum, frigoribuſq; niues,*
*Quam mala, quæ patior, toto iactatus in orbe,*
*Dum miſer Euxini littora ſæua peto.*

Idem 5. Triſt.

*Littora quot conchas, quot amœna roſaria flores,*
*Quotve ſoporiferum grana papauer habet:*
*Sylua feras quot alit, quod piſcibus vnda natatur,*
*Et tenerum pennis aera pulſat auis:*
*Tot premor aduerſis, quaſi comprendere coner,*
*Icariæ numerum dicere coner aquæ.*

Mar. lib. 2. epiſt. 9.

*Rebus in anguſtis facile eſt contemnere vitam:*
*Fortiter ille facit, qui miſer eſſe poteſt.*

Fauſtus.

*Perfer Vlyſſæo ſortem de more ſiniſtram:*
*Hæc bene duranti ſub pede victa iacet.*

Idem.

*Caſibus aduerſis fracta qui mente recumbit,*
*Fortuna ignorat dexteriore frui.*

Pictorius Poëta ad Polyxenam,

*Sæpe vides alio aliis accedere ventos,*
*Ingerere & fluctus ſeſe aliis alios.*
*Rebus in humanis ita duris dura videmus*
*Subnecti, didicit qui tolerare ſapit.*
*Si petis hæc quorſum tibi, chara Polyxena dicam:*
*Vt quod commune eſt omnibus, haud doleas.*

Boëth. l. 4.

*Quiſquis compoſitus ſerenus æuo,*
*Fatum ſub pedibus egit ſuperbum,*
*Fortunamq; tuens vtramq; rectus,*
*Inuictumq; potuit tenere vultum:*
*Non illum rabies, minæq; Ponti*
*Verſum funditus excitantis æſtum,*

*Aut celſas ſolitis ferire turres*
*Ardentis via fulminis mouebit.*

Euripides in Medea.

Κούφως φέρειν χρὴ θνητὸν ὄντα συμφοράς.
*Leuiter ferre oportet mortalem exiſtentem calamit*

Archilochus apud Hilæum.

Τοῖς θεοῖς τίθει πάντα, πολλάκις μὲν κακῶν
ἄνδρας ὀρθοῦσι, μελαίνῃ κειμένους ἐπὶ χθονί.
Πολλάκις δ' ἀνατρέπουσι, καὶ μάλ' εὖ βεβηκότας
Ὑπτίους κινοῦσ', ἔπειτα πολλὰ γίνεται κακά,
Καὶ βίου χρήζων πλανᾶται, καὶ νόου παρήορος.
*Omnia Diis fer accepta, ſæpe ex rebus aduerſis*
*Homines erigentibus, in atra iacentes terra:*
*Sæpe etiam ſupplantantibus: qui & firmiter ſtante*
*Supinos ſternunt, deinde multa eueniunt mala.*
*Et victus inops oberrat, & mente motus.*

¶ PHILOSOPHICAE SENTENTIAE.

In omni aduerſitate fortunæ infeliciſſimum genus inf eſt, fuiſſe felicem. *Boet. Philoſ. conſol lib. 2. proſap. 4.*

Quis enim eſt tam compoſitæ felicitatis, vt non aliqua e cum ſtatus ſui qualitate rixetur? Anxia enim res eſt huma conditio bonorum, vt quæ vel nunquam tota proueniat, ve quam perpetua ſubſiſtat. Hinc cenſus exuberat, ſed eſt pud gener ſanguis. Hunc nobilitas notum facit, ſed anguſtia re liaris incluſus, mallet eſſe ignotus. Ille vero vtraque circu vitam cœlibem deflet: ille nuptiis felix, orbus liberis, alien ſum nutrit hæredi. Alius prole lætatus, filii filiæve delictis ſtus illachrymat. Idcirco nemo facile cum fortunæ ſuæ cond concordat. Ineſt enim ſingulis, quod inexpertus ignoret, & ex exhorreat. *Ibidem.*

Adde, quod feliciſſimi cuiusque delicatiſſimus ſenſus eſt, ad nutum cuncta ſuppetant, omnis aduerſitatis inſolens, mi quibusque proſternitur. Adeo perexigua ſunt, quæ fortunati ſummam beatitudinis detrahunt. *Ibidem.*

Cogitanda ergo ſunt omnia, & animus aduerſus ea, qua ſunt euenire, firmandus: ex illa, tormenta, morbos, bella, nau meditare. *Seneca epiſt. 93.*

Quis vir eſt, qui non eſt erectus ad honeſta? qui non eſt la iuſti appetens? qui non ad officia cum periculo paratus? *Senec de Prouid.*

Nihil infelicius (ait Democritus) eo, cui nil aduenit vnquam uerſi, non licuit illi ſe experiri, vbi ex voto illi fluxerunt omni ante votum. Male tum de illo Dii iudicauerunt. Indignus viſus quo vinceretur aliquando fortuna, quæ ignobiliſſimum quem refugit, contumaciſſimum, id eſt, fortiter obuiantem quemqu & rectiſſimum, aggreditur, aduerſus quem vim ſuam intend gnem experitur in Mucio, Paupertatem in Fabricio, Exilium in tilio, Tormentum in Regulo, Venenum in Socrate, Mortem in tone. *Idem.*

Miſerum te eſſe iudico, qui nunquam fueris miſer, traxiſti aduerſario vitam. Nemo ſcit quid potueris, neque tu quidem. Opus enim eſt ad ſui notitiam experimento. Quid quisque po non niſi tentando didicit. *Seneca ibidem.*

Non omnino Diis exoſos eſſe, qui in hac vita cum ærumna varietate luctantur: ſed eſſe arcanas cauſas, ad quas paucorum terit venire curio. *Macr. lib. 1. Sat.*

Neque ſecundarum rerum prouentu inſolenter abuti, neque uerſis propere debilitari oportet. *Val. Max. lib. 8.*

Omnino fortis animus & magnus duabus rebus maxime ce tur, quarum vna in rerum externarum diſpicientia ponitur, nu neque homini neque perturbationi animi, neque fortunæ ſucc bere. *Cic. 1. Offic.*

Magnanimi eſt, neque ſecundis rebus inſoleſcere, neque d aduerſis. *Idem.*

¶ APOPHTHEGMATA.

Darius Xerxis pater dicere ſolebat, ſe præliis ac rebus aſp reddi prudentiorem, vt aurum crebris ignibus redditur pu *Xenophon.*

*Vide Felicitas, Infelicitas, item Fortuna, Sors, Tribu tio.*

# Adulatio.

¶ DEFINITIO. ET ETYMOL.

ADVLATIO, Græce κολακία ας ἡ: & κόλαξ ακος, ὁ, adulator di tur. Et eſt fallaci laude ſeductio ſecundum Auguſtin. ſup Pſalmos. Adulatio eſt exceſſus delectandi alios verbis vel f ctis. *Secundum B. Thom. ſecunda Secundæ, q. 115. art. 1.*

Adulatio eſt peccatum ex ſermone vanæ laudis alicui exhibitæ intentione complacendi. Laudare enim aliquem, de quo non eſt laudandus, vel plus quam eſt laudandus, vel non eo fine, quo fieri debet, peccatum eſt. *Secundum Alexandrum ſecunda Secundæ, tractatu de adulatione.*

Adulatio, inquit auctor Etymologici trilinguis, à Lugdunenſibus editi anno 1607. à laudando, per metatheſin dicitur. In os enim adulator homines laudare ſolet. Feſtum Pompeium aſtipulatorem video. Profligandum enim & exterendum apud eum ludendi vocabulum cenſeo, potius quam retinendum. Et ſi à canum adblandientium moribus ortum videatur hoc nomen, qui adblandiendo dominis voce, geſtuque caudæ, imo corporis totius Græcis dicuntur σαίνειν. Sit ergo adulatio, quaſi allaudatio dicta. Hebr. verbum *Calak* id eſt, partitus eſt blande, & *Kekalik*, blanditus eſt, vnde *Calaklakkoth*, adulationes, blanditiæ, vocibus Græcis originem dediſſe arbitror. Alia obſeruatu digna vide in eodem Etymologico.

Adulatio eſt peruerſa laudatio, & videtur nomen ſumptum à ſono. Canes enim, quorum mira eſt adulatio, fere exprimunt hunc ſonum. Vel dicatur, quod adulor verbum (quod eſt voce vel geſtu fauorem capio) dicitur quaſi adaulor, quod hoc in aulis maxime fieri ſoleat. Sunt tamen, qui hoc à Græco deriuatum arbitrantur, hoc eſt, ἀπὸ τοῦ δουλεύειν, quod eſt inſeruire, & δοῦλος, ου, ὁ, ſeruus. Veteres etiam aulas dixere, quas nunc dicimus ollas. Vnde aulicocia vocantur exta, quæ in ollis coquuntur, hoc eſt elixa. Plautus fabulam ſuam ab aula, hoc eſt, olla, inuenta, aulularium nominauit. Adulor & Adulo vſurpatum legimus. Valerius Maximus. Dionyſium adulares, iſta non eſſes. Imo, inquit, ſi iſta eſſe velles, Dionyſium non adulares. Et teſte Priſciano, datiuo & accuſatiuo iungitur, producitque du ſyllabam. Iuuenalis? Quid quod adulandi gens prudentiſſima laudat Sermonem indocti, faciem deformis amici. *Lucretius lib. 5. Longe alio pacto gannito vocis adulant.*

Adulatio eſt peccatum ex ſermone vanæ laudis alicubi, exhibitæ animo ac intentione placendi: vel eſt exceſſus delectandi alios verbis & factis: atque dicta παρὰ τὸ δουλεύειν, quod eſt inſeruire & alterius gratiam, quod cenſetur ſeruile & turpe. *Cicer. 2. Quæſtio. Tuſcul.*

Aſſentatio eſt ars, quæ docet noſſe ſermones, & proferre accommodos, eaque facere, per quæ in familiaritatem adiungitur; qui ſemet quam beneuolentiſſimum ſuo alumno eſſe oſtenſurus ſit.

Κροκιδίζειν verbum adulatoribus congruere, vbi ſubblandiendo floccos piloſque ex veſtibus legunt, quos vocant Græci κροκίδας, item γνάφαλα & τύλας. ex quo elegantiſſime Galenus Phrenetidos ſigna commonſtrans, eſſe in iis, inquit, ſtultam manuum iactationem, καὶ κροκιδισμὸν καρφολογίαν, id eſt, Crocidiſmum, & Carphologiam, id eſt, feſtucarum collectionem. Crocylia vero nomen ciuitatis eſt. Scribunt Græci, κερκοπίζειν eſſe adulatorum verbum, item proprium, tranſlatione tamen à brutis ducta, quæ cauda motantia, quam dicunt κέρκον, ſubblandiri aſſueuerint: id vero noſtris literis cercopiſſare recte dicetur. Fuiſſe iuniori Dionyſio adulatores legimus plures, quos etiam plerique Dionyſiocolacas nominant: hi primum ſe non acute admodum videre aſſimulabant, quia ſic afficeretur Dionyſius. Expuenti quoque faciem obiiciebant, quam is conſpueret: nec ſatis: ſuperfluitates oris collambebant etiam, quæ euomuiſſet, melle dulciora videri aſſeuerantes. At Apollophanes Antigoni adulator, illius dicebat fortunam ἀλεξανδρίζειν.

Sunt, qui ex adulandi geſtu adulatorem nunc Paranchoniſten, nunc Schematotechen nuncupent: quoniam ſit propemodum Proteus quidam. Et Pſomocolax legitur quandoque in veteribus libris. Eſſe is videtur, qui panis ac bucellæ gratia, quam vocant Pſomon; paſſim abblanditur. Qui vero etiam plagas pati poteſt, Pſomocolapham, opinor, recte dixeris. Nam & colax identidem ſibi nomen vendicat, quoniam cibum etiam colon vocent, vnde & Bucolos: quin Cœlia quoque, id eſt, venter, hinc originem ducit.

Cyprias vero mulieres aſſentandi artificio pernobiles, cum in Syriam tranſmiſiſſent, Climacedas legimus nuncupatas: quoniam acclinatæ currum inſcenſuris Regum vxoribus gradum ſtruerent, ac velut ſcalam arrigerent, quam vocant Climaca. Cœlius lib. 7. cap. 53. Baſilius Magnus in commendatione fol. 365. quam de Gentilium librorum lectione concinnauit, ſcite admodum & docte Polypum vocat adulatorem, cuius verba mollia feriunt interiora ventris. Nam, vt inquit, polypus ad ſpeciem ſubiecti ſoli colorum permutat, conſimiliter & aſſentator ad voluptatem audientium variabit ſententiam.

## ¶ Divisio.

Adulatio oppoſitum amicitiæ vel affabilitatis, peccatum. B. Thom. ſecunda ſecundæ, quæſt. 95.

- *Mortale tripliciter.*
  - *Quum aliquem laudamus de aliquo peccato mortali. Eſaiæ 5. Væ, qui dicitis malum bonum.*
  - *Quum quis adulatur alicui, vt ei fraudulenter noceat corporaliter, vel ſpiritualiter. Meliora ſunt vulnera diligentis, quam fraudulentia oſcula blandientis. Prou. 27.*
  - *Quum quis adulatione ſua alteri occaſionem dat mortaliter peccandi.*
- *Veniale tripliciter.*
  - *Quum exceditur laudando, ſola auiditate placendi vel delectandi.*
  - *Quum exceditur, vt euitetur aliquod malum ſine alterius detrimento.*
  - *Quum exceditur, vt conſequamur in neceſſitate aliquid bonum ſine alterius detrimento.*

## ¶ Biblici Loci.

Adulatio. res mala, ideo deteſtanda, *Pſal.* 12. 4. *Prou.* 24. 28. & 6. 14. & 28. 23. *Eccleſ.* 6. 6. *Matth.* 11. 7. & 12. 20. & 14. 5. & 18. Rom. 9. 4. & 12. 18. & 16. 18. 1. *Cor.* 4. 2. & 5. 7. & 11. & 2. 17. *Gal.* 6. 12. 1. Theſ. 1. 6. & 2. 5.

## ¶ Sententiae Biblicae.

Laudatur peccator in deſideriis animæ ſuæ. *Pſal.* 10.

Oleum autem peccatoris, non impinguet caput meum, *Pſ.* 140.

Fili mi, ſi te lactauerint peccatores, ne acquieſcas eis, *Prou.* 1.

Vir iniqnus lactat amicum ſuum, & ducit eum per viam non bonam. 16.

Qui dicunt impio, iuſtus es, maledicent eis populi. 24.

Qui benedixit proximo ſuo voce grandi de nocte conſurgens, maledicenti ſimilis eſt. 27.

Meliora ſunt vulnera diligentis, quam fraudulenta oſcula blandientis. *Ibidem.*

Quomodo probatur in conflatorio aurum, & in fornace argentum: ſic probatur homo ore laudantis. *Ibidem.*

Qui derelinquunt legem, laudabunt impium. 28.

Qui corripit hominem, gratiam poſtea inueniet apud eum magis quam ille qui per blandimenta decipit. *Ibidem.*

Melius eſt à ſapiente corripi, quam ſtultorum adulationibus decipi. *Eccl.* 7.

Non laudes virum in ſpecie ſua. *Eccl.* 11.

Eſt qui nequiter humiliat ſe, & interiora eius plena ſunt dolo. Ibid. 19.

Popule mi, qui te beatum dicunt, ipſi te decipiunt, & viam greſſuum tuorum diſſipant. *Eſa.* 3.

Væ qui iuſtificatis impium. *ibid.* 5.

In ore ſuo pacem loquitur cum amico ſuo, & occulte ponit ei inſidias. *Ierem.* 9.

In malitia ſua lætificauerunt Regem & mendaciis ſuis principes. *Oſeæ* 7.

An quæro hominibus placere? *Gal.* 1.

Neque enim aliquando fuimus in ſermone adulationis, ſicut ſcitis. 1. *Theſſ.* 2.

Iuda, oſculo filium hominis tradis? *Lucæ* 22.

Simulator ore decipit amicum ſum. *Prou.* 11.

Qui diſſimulat iniuriam, callidiſſimus eſt. *Prou.* 12.

## ¶ Patrum Sententiae.

Adulatio eſt fallaci laude ſeductio. Duo ſunt genera perſecutorum, ſcilicet vituperantium & adulantium: ſed plus perſequitur lingua adulatoris, quam manus perſequentis. *Aug. ſuper Pſal.* 59.

Falſa laus adulatoris & ſimulata dilectio mentes à rigore veritatis emollit. *Aug. ibid.*

Sicut ſumenda ſunt amara ſalubria, ita ſemper vitanda eſt pernicioſa dulcedo. *Aug. de doct. Chr.*

Sicut adulantes amici peruertunt, ſic inimici litigantes plerunq; corrigunt. *Aug. 9. l. confeſſio.*

Adulantium linguæ ligant homines in peccatis, delectat enim ea facere, in quibus non ſolum non metuitur reprehenſor, ſed etiam laudatur operator. *Aug. ſuper Pſal.* 9.

Magis optabo à quolibet reprehendi, quam ab adulante laudari. Nullus enim reprehenſor formidandus eſt amatori veritatis. Laudator vero errat & confirmat errorem. *Aug. 9. de Trinitat.*

Adulatio fallax crudelis eſt. *Aug. l. 2. cont. lit. Petil.*

Emolliri adulationibus non ſolum fortitudinis non eſſe, ſed etiam ignauiæ videtur, *Amb. l. 2. de offic.*

Beata mens quæ nec adula
nec decipit alterum, nec ipſa
nec aliquando patitur. *Hier.*

Nimis peruerſe ſeipſum amat, qui & alios vult errare, vt error ſuus lateat. Quanto enim melius & vtilius vbi ipſe errauit, alii non errant, quorum admonitu errore careant. Vos qui me multum diligitis, ſi talem me aſſeritis, vt nunquam me in ſcriptis meis erraſſe dicatis, fruſtra laboratis, non bonam cauſam ſuſcepiſtis: facile in eo, me ipſo iudice, ſuperamini. Quoniam non mihi placet, cum à chariſſimis meis talis eſſe exiſtimor, qualis non ſum. Profecto non me, ſed pro me alium ſub meo nomine diligunt, ſi non, quod ſum, ſed quod non ſum, diligunt. *Augu. in epiſt. ad Marcellam.*

Leuius non debet putari, quod gladio minante, quam quod lingua inſidiante committitur. *Auguſt. de Baptiſmo contra Donatiſtas.*

Mihi videtur omne mendacium eſſe peccatum. Sed multum intereſt, quo animo, & de quibus rebus quisque mentiatur. Non enim ſic peccat, qui conſulendi, quomodo qui nocendi voluntate mentitur. *Auguſt. in Enchiridion lib.2.*

Non eſt mentiendum quinto genere, quia nec ipſa veritas placendi cauſa hominibus enuntianda eſt, quanto minus mendacium: quod per ſeipſum quia mendacium eſt, vtique turpe eſt, *Aug. lib. de mendac. & habetur 22.q.2. Primum.§. Non eſt.*

Quisquis autem eſſe aliquod genus mendacii, quod peccatum non ſit, putauerit, decipiet ſemetipſum turpiter, cum honeſtum ſe deceptorem arbitretur aliorum. *Augu. lib. de mendac. & habetur 22.q.2. Primum.*

Adulatores ſunt hoſtes, & ſcintillæ Diaboli. *Hieronymus ſuper illud prouerbiorum c.1. Si te lactauerint peccatores, ne acquieſcas eis.*

Notandum eſt, quod dicuntur verba ſapientum pungere, non palpare: nec molli manu attrahere lachrymam: ſed errantibus tardis pœnitentiæ dolores, & vulnus infigere. Si cuius igitur ſermo non pungit, ſed oblectationem facit audientibus, iſte ſermo non eſt ſapiens *Hieronymus ſuper illud Eccleſiaſtici: Verba ſapientum quaſi ſtimuli.*

Hæc eſt conditio veritatis, vt eam ſemper inimicitiæ perſequantur, ſicut per adulationem pernicioſæ amicitiæ comparantur. Libenter enim, quod delectat, audimus, & offendit omne, quod nolumus. *Hieronymus ſuper illud Gal.4. Ego inimicus vobis ſum factus verum dicens.*

Hoc intelligendum eſt, quod tantæ paupertatis fuerit Chriſtus, & ita nulli adulatus ſit, vt in vrbe maxima nullum hoſpitem, nullam inueniret manſionem. *Hier. ſuper Matth. lib.1.*

Nonne vobis videtur in vanitate ſenſus, & obſcuritate mentis ingredi, qui diebus ac noctibus in Dialectica arte torquetur: qui Phyſicus perſcrutator, oculos trans cœlos leuat & vltra profundum terrarum, & abyſſi quoddam inane demergitur: qui iambum feruet: qui tantam metrorum ſyluam in ſuo ſtudioſius corde diſtinguit & congerit. & (vt ad alteram partem transeam) qui diuitias per fas, & nefas quærit: qui adulatur regibus, hæreditates captat alienas, & opes congregat; quas in momento, cui ſit relicturus, ignorat? *Hieronymus ad Damaſum Papam de filio prodigo, & habetur diſtinct.37. Nonne Vobis.*

Iſto maxime tempore regnat vitium adulationis: quodque eſt grauiſſimum, quia humilitatis ac beneuolentiæ loco ducitur, ita fit vt qui adulari neſcit, aut inuidus aut ſuperbus reputetur. *Hieron. ad Celantiam.*

Rumuſculos, & guloſos, & palpantes adulatores quaſi hoſtes fuge. *Hier. ibid.*

Natali ducimur malo & adulatoribus noſtris libenter fatemur: & quanquam reſpondeamus nos indignos, & calidus rubor ora perfundat, tamen ad laudem ſuam anima intrinſecus lætatur. *Hier. in epiſt. 121. ad Dabinianum.*

Nihil eſt quod tam facile corrumpat mẽtes hominum, ſicut adulatio, plus enim nocet lingua adulatoris, quam gladius perſecutoris. *Hier. ſuper Pſal.*

Non ſic adulandum eſt principibus, vt ſanctarum ſcripturarum veritas negligatur, nec generalis increpatio vnius perſonæ iniuria eſt. *Hier. ſuper Iſa. l.7.*

Ne credas laudatoribus tuis, imo irriſoribus aurem ne libenter accommodes, qui quum te adulationibus fouerint, & quum te impotentem mentis effecerint, ſi ſubito reſpexeris, deprehendes poſt te colla incuruari, aut manu auriculas agitari aſini, aut æſtuantem canis protendi linguam. *Hieronymus in epiſt. ad Ruſticum.*

Nos ad patriam feſtinantes, mortiferos Sirenarum cantus ſurda aure tranſire debemus. *Hier. in quadam epiſt. ad Greg. hom.12. ſuper euang.*

Quisquis male viuentibus adulatur, puluillum ſub capite iacentis ponit: vt qui corripi ex culpa debuerat, in ea fulcitus laude quieſcat. *Greg. ſuper Eze. hom.11.*

Adulatio ſi ad tempus patienter ſuſcipitur, augetur, & pauliſper demulcet animam, vt angore ſuæ certitudinis inoleſcat in dilectione ſermonis: ſed creſcere valeat: ſtatim quum fit, ſine mora finienda eſt. *Greg. ibid. ſuper Ezec.*

Qui de amore non [illegible]
*Bern. ſuper Cant.*

Adulator omnis virtutis inimicus eſt, & quaſi clauum fi
culos illius, cum quo ſermonem conſerit: eoq; magis cauen
quo ſub amantis ſpecie nocere non deſinit: donec rationis ob
acumen, & modicum illud luminis, quod adeſſe videbatur,
guat. *Io. Chry. in Polycratio. lib.3.*

Et, ſicut finis oratoris eſt, dictione perſuaſiſſe: & Medici,
cina curaſſe: ſic adulatoris eſt finis ſuauiloquio decepiſſe. *Chr*
*mus.*

Adulari eſt ſeductorum. *Idem Epiſt. ad Theſſ. hom.2.*

Cum aliquis actus moribus populi, vt placeat eis, quibus
pruriunt, loquitur, quæ gratanter accipiant, loquitur quæ
ſunt voluptati, talis magiſter conſuit ceruicalia ſub omni
manus. *Orig. .ho. ſuper Ezec.*

Qui ad voluntatem meditata deportant, & illa ſemper in
quæ delectent potius audientes, quam conuertant à vitiis, f
velamina ſuper caput. *Orig. ibid.*

Ipſa peccati nutrix adulatio, quæ ſicut oleum flammis a
pa ardentibus ſolet adminiſtrare fomentum. *Beda ſuper L*
*lib.1.*

Adulator eſt, qui tacet & dat conſenſum, ne offendat illum
credit habere propitium. *Ibidem.*

Adulator amicus in obſequio, hoſtis in animo, comptus i
bo, turpis in facto, lætus ad proſpera, fragilis ad aduerſa, infla
obſequia, anxius ad opprobria, immoderatus ad gaudia, fac
humana, difficilis ad honeſta. *Hugo de ſanct. Victor.*

Oleum peccatoris, eſt dilectio ſimulata verborum, quæ a
tionibus & blandimentis noſtras mentes velut olei pinguedo, l
ter ingrediens, rigorem veritatis emollit, & ad noxias cogita
amoris ficti, vel potius oſtentationis perducit. *Caſsiod. ſuper*
*Pſal. oleum peccatoris non imping.*

Ficti adulatores quum cœnas diuitum captant, nihil prius
tantur, quam illud quod putat gratiſſimum auditoribus fore:
nec aliter impetrabunt quod petunt, niſi quasdam inſidias au
fecerint. *Caſsio. in quadam epiſtola.*

Adulatio blanda omnibus applaudit, omnibus ſalue dicit,
digos vocat liberales, auaros, parcos & ſapientes: laſciuos cu
garrulos affabiles, obſtinatos conſtantes, pigros maturos & g
hæc ſagitta leuiter volat, & cito infigitur. *Ibid.*

Vitiis ſemper ſeruiunt blandimenta, lenocinantur dulcia
ctis, virtutibus vero auſtera & fortia ſunt amica. *Petr. Raue*
*quodam ſermone.*

Eliminat à palatiis adulatio veritatem, illi ſoli in magiſtra
gratiam admittuntur, qui palpant blanditiis, & aures fa
bulas calice Babylonis inebriant. Bene cum magiſtratibus a
tur, ſi ſcirent inter adulationem & laudem diſtinguere. Se
ca laudis ambitio plus credens alii de ſeipſo quam ſibi, vtru
recipit indiſtincte. Ampliant eos beneficiis, quos torque
buerunt, & à præſumptione adulandi ſuppliciis terrere. M
ciſſimus detractor in abſentia nihil principaliter proponit
quod placere exiſtimat. Verba oris eius, iniquitas & dolus
enim ſal correctionis in omni ſacrificio accepte tur à Do
mel in omni ſacrificio reprobatur. *Petr. Rauenn. in quada*
*ſtol.*

Sunt nonnulli, qui, dum malefacta hominum laudibus ef
augent, quæ increpare debuerant. Hinc enim per Propheta
tur: Væ his, qui conſuunt puluillos ſub omni cubito manus,
ciunt ceruicalia ſub capite vniuerſæ ætatis. Ad hoc quippe ſu
to puluillus, vel ceruical ſub capite iacentis ponitur, vt m
quieſcat. Quisquis ergo male agentibus adulatur, puluillu
cubito, vel ceruical ſub capite iacentis ponit: vt qui corripi e
debuerat, in ea fultus laudibus molliter quieſcat. *Greg. l.18. c*
*ral. & habetur diſtinct.46. Sunt.*

Inter verba laudantium ſiue vituperantium ad mentem
recurrendum eſt: & ſi in ea non inuenitur bonum, quod d
dicitur, magnam triſtitiam generare debet. Et rurſum ſi in
inuenitur malum, quod de nobis homines loquuntur, in m
debemus lætitiam proſilire. Quid enim ſi non omnes lauda
conſcientia liberos nos demonſtret? habemus Paulum dice
Gloria noſtra hæc eſt, teſtimonium conſcientiæ noſtræ. Iob
que dicit: Ecce in cœlo teſtis meus. *Idem. & habetur 11. qu.3.*
*verba.*

Sunt plurimi, qui vitam bonorum fortaſſe amplius, qua
bent, laudant: & ne qua elatio de laude ſubrepat, permittit o
potens Deus malos in obtrectationem & obiurgationem pro
pere, vt ſi qua culpa ab ore laudantium in corde naſcitur, ab o
tuperantium ſuffocetur. Hinc eſt, quod Doctor gentium ſe in
dicatione currere teſtatur, inter infamiam & bonam famam: q
iam dicit: Vt ſeductores & veraces. *Idem & habetur 6. qu.1.*
*plurimi.*

Huius peſtis peſtilentia percutiunt principum literales,
tini canes, adulationis artifices, fabri laudis, figuli falſitat

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

uba in diuitum auribus
foras eructant, qui, vt e-
ationis inungunt, præla-
ſpaluinaria laudum ſubijciunt, qui ab eorum pallijs
tium puluerem excutiunt, aut veſtem fictitiæ deplumant
lem. *Alanus de complanctu naturæ.*

enes munera, laudes : penes dona fauores : penes pretium
a, famæ blandimentis conſtituunt. *Ibidem.*

adulationis vnctio, niſi donorum emunctio? Quid com-
onis alluſio, niſi prælatorum deluſio? Quid laudis arriſio,
ndem deriſio? *Ibidem.*

tores à voluntate, vultum: ab animo verbum: à mente
: ab intellectu, loquelam amplo diſſenſionis interuallo
nt. Plerunque enim exterius plauſabiliter applaudendo
nt, quos interius contradictoria deriſione defraudant. Fo-
applaudunt virginea : intus ſcorpionis pungunt aculeo:
lationis mellitos compluunt imbres, intus detractionis
tempeſtates. *Ibidem.*

## ¶ Poeticæ Sententiæ.

Homerus in I. Iliad.

χθρὸς γάρ μοι κεῖνος ὁμῶς ἀΐδαο πύλῃσιν
χ᾽ ἕτερον μὲν κεύθει ἐνὶ φρεσίν, ἄλλο δ᾽ ἐξφάσει. id eſt,
oſus mihi ille velut inferni portæ,
ui aliud quidem occultum habet in mentibus, aliud verò
ore profert.

Euripides in Hippolyto.

τ᾽ ἐσθ᾽ ὃ θνητῶν εὖ πόλεις οἰκουμένας,
μους τ᾽ ἀπόλλυσ᾽, οἱ καλοὶ λίαν λόγοι id eſt,
c eſt quod mortalium ciuitates bene habitatas,
mosq; deſtruit, grati valde ſermones.

Idem ibidem.

γάρ τι τοῖσιν ὠσὶ τερπνὰ δεῖ λέγειν,
λ᾽ ἐξ ὅτου τις εὐκλεὴς γενήσεται id eſt,
n enim, aures quæ mulceant, loqui oportet,
l ea, ex quibus celebris aliquis fieri queat.

Phocylides.

ηδ᾽ ἕτερον κεύθης κραδίῃ νόον, ἄλλ᾽ ἀγορεύων, id eſt,
li aliam occultare in corde ſententiam, & aliam pro
ferre.

Plautus in Aſinaria.

o monſtro eſt, quando qui ſudat, tremit.

Martial Epigram lib.2. ad Naſicam.

uitas tunc me quum ſcis, Naſica, vocatum,
Excuſatum habeas me rogo: cœno domi.

Martial. Epigram. lib.1. ad Gargilianum.

unera quod ſenibus, viduisq; ingentia mittis,
Vis te munificum Gargiliane vocem?
rdidius nihil eſt, nihil eſt te ſpurcius vno,
Qui potes inſidias dona vocare tuas.
audis fallax indulget piſcibus hamus,
Callida ſic ſtultas decipit eſca feras.
uid ſit largiri, quid ſit donare docebo,
Si neſcis: dona Gargiliane mihi.

Martial. Epigram. lib.12. in Pontilianum.

entiris, credo: recitas mala carmina, laudo:
Cantas, canto: bibis, Pontiliane, bibo.
dis, diſſimulo: gemma vis ludere, vincor.
Res vna eſt ſine me quam facis, & taceo:
l tamen omnino præſtat mihi mortuus, inquit,
Accipiam bene te nil volo, ſed morere.

Horat. epiſtolar. lib.1. epiſt.17.

u recte viuis, ſi curas eſſe, quod audis,
ctamus iampridem omnis te Roma beatum.
d vereor ne cui de te plus quam tibi credas,
eue putes alium ſapiente bonoq; beatum,
u ſi te populus ſanum recteq; valentem
ictitet, occultam febrem ſub tempus edendi
iſſimules, donec manibus tremor incidat vnctis,
ultorum incurata pudor malus vlcera celat.

Iuuenal. Satyr.3.

uid, quod adulandi gens prudentiſſima: laudat
rmonem indocti, faciem deformis amici,
t longum inualidi collum ceruicibus æquat
erculis, Antæum procul à tellure tenentis.
iratur vocem anguſtam qua deterius nec
le ſonat, quo mordetur gallina marito.

Ibidem.

Rides? maiore cachinno
ncutitur: flet, ſi lachrymas conſpexit amici,
ec dolet: igniculum brumæ ſi tempore poſcas,
ccipit Endromidem: ſi dixeris, æſtuo, ſudato

Iuuenal. Satyr.4.

Nihil eſt, quod credere de ſe
n poſſit, cum laudatur dijs æqua poteſtas.

Perſius Satyr.1.

Non ſi quid turbida Roma
Eleuet, accedas examenue improbum in illa
Caſtiges: trutina, nec te quæſiueris extra.

Ibidem.

Sed recti finemq; extremumq; eſſe recuſo
Euge tuum, & belle: nam belle hoc excute totum.
Quid non intus habet?

Ibidem.

Et verum inquis, amo, verum mihi dicito: dic me.

Ibidem.

O Iane, à tergo quem nulla ciconia pinſit,
Nec manus auriculas imitata eſt mobilis albas,
Nec linguæ tantum ſitiat canis Appula, tantum,
Vos ò patritius ſanguis, quos viuere fas eſt,
Occipiti cæco poſticæ occurrite ſannæ.

Eunuch. Terent.

Omnia habeo, nec quicquam habeo: nihil cum eſt, nihil de-
ſit tamen.
Eſt genus hominum, qui eſſe primos ſe omnium rerum vo-
lunt,
Nec ſunt: hos ſector: hiſce ego non paro me, vt irrideant:
Sed his vltro arrideo, & eorum ingenia admiror ſimul:
Quicquid dicunt: laudo: id rurſum ſi negant, laudo id
quoque:
Negat quis, nego: ait, aio: poſtremo imperaui egomet mihi
Omnia aſſentari. Is quæſtus nunc eſt multo vberrimus.

Ex Eclog. B. Mantuani.

Eſt & apud Reges rudis, inuida, ruſtica turba,
Mimus, adulator, leno, aſſentator, adulter,
Hiſtrio, ſcurra, quibus virtus odioſa: poetas
Mille modis abigunt: vt quando cadauera corui
Inuenêre, fugant alias volucresq; ferasq;.

Antholog ſacr. Iacob. Bill.

Lingua aſſentatrix vitium peccantis aceruat,
Et delectatum crimine, laude ligat.
Nulla ſit vt lapſo reparandæ cura ſalutis,
Blanditur ſonti dum male ſuaſus honor.
Libera ſit potius vox correctoris amici,
Serpere nec fibris cæca venena ſinat.
Nec credens medici verbis fallacibus æger
Noxia laudata vulnera peſtis amet.

Ibidem.

Non inter cicures palpone nocentior vlla eſt
Bellua, nec quæ plus gignat in orbe mali.
Vix etenim eſt vllus, cui non per verba propinet,
Quæ mage ſint ipſo dulcia melle necem.
Ac licet extincto coruus ſe corpore paſcat,
Corporibus viuis abſtinet ille tamen.
Sæuior at contra palpo nece parcit ademptis:
At viuos blandis morſibus vſque petit.

## ¶ Philoſophicæ Sententiæ.

Φόβος κολακείην μὲν ἐργάζεται, εὔνοιαν δ᾽ οὐκ ἔχει.

Metus adulationem parit, ſed beneuolentiæ expers eſt. *Democri.*

Διόρα καὶ τοὺς τέχνῃ κολακεύοντας, καὶ τοὺς μετ᾽ εὐνοίας θεραπεύοντας ἵνα μὴ πλεῖον οἱ πονηροὶ τῶν χρηστῶν ἔχωσιν.

Diſcerne fraudulentos adulatores ab ijs, qui per beneuolentiam te colunt: ne mali bonis præferantur. *Iſocrat.*

Εὐλογέειν ἐπὶ καλοῖς ἔργμασι καλόν. τὸ γὰρ ἐπὶ φλαύροισι, κίβδηλον καὶ ἀπατεῶνος ἔργον.

Recte facta collaudare, honeſtum eſt: mala verò laudibus vehe-re, adulterini animi ac impoſtoris eſt. *Democrit.*

A turba, quantum potes, te ſepara, ne adulatoribus latus præbeas. Artifices ſunt ad capiendos ſuperiores, par illis etiam, ſi bene caueris, non eris. Sed mihi crede, ſi capiaris, ipſe te trades. Habent hoc in ſe naturaliter blanditiæ, etiam quum reijciuntur, placent: ſæpè excluſæ nouiſſimè recipiuntur: hoc enim ipſum imputant, quod repellunt, & ſubijci quidem nec contumeliæ poſſunt. *Senec. in epiſt.*

Citò nobis placemus, ſi inuenimus, qui nos bonos viros dicant, qui prudentes, qui ſanctos. Non ſumus modica laudatione contenti, quicquid in nos adulatio ſine pudore congeſſit, tanquam debitum prendimus; optimos nos eſſe & ſanctiſſimos affirmantibus aſſentimur, cum ſciamus ſæpè illos mentiri. Adeo quoque indulgemus nobis, vt laudari velimus in id, cui contra tamen maximè facimus. *Senec. 60. epiſt.*

Alexander, cum in obſidione cuiuſdam vrbis circuiſſet muros, ictu ſagittæ percuſſus, quum repreſſo ſanguine ſicci vulneris dolor creſceret, & crus obſtupuiſſet, coactus abſiſtere: Omnes (inquit) iurant me eſſe filium Iouis, ſed vulnus hoc hominem me eſſe clamat. Idem nos faciamus, dicamusque: Vos quidem dicitis me eſſe prudentem, ego autem video, quàm multa inutilia concupiſcam, nocitura optem. *Senec. ibid.*

Intus teipſum conſidera, non qualis ſis alijs credas. Plerumque boni inepti & inertes vocantur: mihi contingat iſte deriſus. Æquo animo audienda ſunt imperitorum conuitia, & ad honeſta vadendi continendus eſt iſte contemptus. *Senec. 77. epiſt.*

Adulatio apertis & propitijs auribus recipitur, in præcordia

ima deſcendit,venit ad me pro amico blandus inimicus. *Seneca 43. epiſt.*

O te felicem hominem, ſi nihil habes,propter quod quiſquam tibi mentiatur, niſi cum iam etiam cauſa ſublata eſt, mentitur conſuetudinis cauſa adulator blandus conſilium dabit, quod deliberanti gratius fore ſuſpicabitur. Caſſæ fidei ſunt, qui iugiter blandiuntur. *Senec.21.epiſt.*

Adulatio quam ſimilis eſt amicitiæ! non imitatur tantum illam, ſed vincit & præcedit,eo ipſo gratioſos facit,quo lædit, Vitia nobis ſub virtutum nomine obrepunt: Temeritas ſub titulo fortitudinis latet,Moderatio vocatur ignauia: pro cauto timidus accipitur, in his magno periculo erramus. *Senec. in epiſt.*

Monſtrabo tibi,cuius rei inopia laborant magna faſtidia, & quid omnia poſſidentibus deſit,vnum ſcilicet,qui verum dicat, dum nemo ex animi ſui ſententia dicit & ſuadet: ſed adulandi certamen, eſt vnum amicorum omnium officium. *Senec.in epiſt.*

Malum hominem blandè loquentem agnoſce tuum laqueum eſſe. Habet enim ſuum venenum blanda oratio: Diogenes cuidam laudanti dixit: Adulator deſine vtrumque facere,nihil proficis,cum te intelligam. *Senec.in epiſt.*

Venena non dantur, niſi melle circumlita. Bonum eſt laudari, ſed præſtantius eſt eſſe laudabilem. *Senec. de benefic. & morib.*

Adulationem recipere,& adulari,deteſtabile eſt. Laudare præſentes adulatoris eſt. Omnes blanditores obſequioſi, ſeruiles & humiles ſunt. Amatores adulationis iniuſti ſunt. *Ariſt.lib. Rhetor. & Ethicor.*

Cauendum, ne aſſentatoribus patefaciamus aures, & ne adulari nos ſinamus: in quo falli facile eſt: tales enim nos eſſe putamus, vt iure laudemur: ex quo naſcuntur innumerabilia peccata. *Cic. Offic. lib.* 1.

Nec ſimulatum quicquam poteſt eſſe diuturnum.*Idem.*

Simulatio benignitatis vanitati eſt coniunctior, quam aut libertati aut honeſtati.*Idem.*

Habet adulatio principia iucunda: eadem exitus amariſſimos habet. *Item:* Nolo eſſe laudator,ne videar adulator. *Idem Rhetor. libr.*2.

Cuius aures clauſæ ſunt veritati, vt ab amico verum audire nequeat,huius ſalus deſperanda eſt. *Idem lib. de amicitia.*

Adulatio ſimilis eſt panopliæ pictæ. Delectat enim ſolum: nihil verò vtilitatis præbet. *Item:* Ligna quidem augendo ignem ab ipſo igne conſumuntur: diuitiæ autem, cum nutriunt adulatores, ab his ipſis perduntur. *Item:* Vt corui inuolantes cadauerum oculos effodiunt: ſic adulatores ſuis laudationibus rationem & mentem humanam corrumpunt. *Item:* Lepori canem, amico adulatorem natura infeſtum eſſe cogitandum eſt. *Item:* Lætandum magis reprehenſoribus,quàm aſſentatoribus: illi enim veluti ſtimulo animos excitant,hi verò gratificantes diſſoluunt & ſubuertunt. *Item:* Nec vxori meretricem, nec amicitiæ adulationem præponere debemus. *Plutarch. in Opuſc.*

Corui mortuorum oculos corrumpunt, quum iam eorum nullus eſt vſus: at adulatores viuorum animos perdunt, & animarum oculos excæcant. *Item:* Simij iræ comparantur adulatorum iræ. *Item:* Approbato eos, qui bene conſulere cupiunt, non etiam eos, qui vbique adulari ſtudent: illi enim vtile in veritate cernunt: hi verò ea, quæ potentibus placent, ſpectant, corporumque vmbras imitantes,omnibus illorum dictis aſſentiuntur. *Epictetus in Enchirid. & diſſert.*

Delphini,quouſque vnda ſubeſt, comitantur natantes, in littus verò nunquam egrediuntur: ſic adulatores in ſereno rerum ſtatu manent: ſicut qui amicos ad peregrinationem euntes deducunt, dum via plana eſt: cum aſperior incipit,recedunt. *Sotion.lib.de ira, apud Stob.*

Qui delectat emolumenti ſui cauſa, vt inde ſibi proueniat in pecunijs,& ijs,quæ pecunijs comparantur, vtilitas, adulator vocatur: δοῦλος,ſeruus, qui in omnibus ita ſe accommodare ſtudet, vt fauorem emereatur quoquo modo,vel voce,vel geſtu, id quod ſane ſeruile eſt, & indignum planè libero ingenio. *Ariſtot. libr. 3. Ethicorum.*

Nulla in amicitijs peſtis eſt maior, quàm aſſentatio, blanditiæ, adulatio. *Cic. in Lælio.*

Simulatio amicitiæ repugnat maximè: delet enim veritatem, ſine qua nomen amicitiæ valere non poteſt. *In Lælio.*

Semper auget aſſentatio id, quod is, cuius ad voluntatem dicitur,vult eſſe magnum. *In Lælio.*

Cauendum eſt,ne aſſentatoribus patefaciamus aures, nec adulari nos ſinamus,in quo falli facile eſt: tales enim nos eſſe putamus, vt iure laudemur. *In Lælio.*

Aſſentatio, quamuis pernicioſa ſit, nocere tamen nemini poteſt,niſi ei,& qui eam recipit,atque ea delectatur.Ita fit,vt is aſſentatoribus patefaciat aures ſuas, maximè,qui ipſe ſibi aſſentietur, & ſe maximè ipſe delectet. *In Lælio.*

In obſequio comitas adſit,aſſentatio vitiorum adiutrix procul amoueatur, quæ non modo amico, ſed ne libero quidem digna eſt. *In Lælio.*

Turpis eſt aſſentatio. *Ad Attic. lib.* 13.

Blanditia cum vitioſa ſit, ac turpis in cætera vita, tamen in petitione magiſtratus eſt neceſſaria: beneuolentiam tamen ciuium blanditijs & aſſentationibus colligere turpe eſt. *De petition.Conſul.*

Mihi hæreditates non honeſtæ videntur, ſi ſunt blanditijs officiorum,non veritate,ſed ſimulatione acquiſitæ. 3. *Offic.*

### Quantum malum adulatio.

Adulationem perpetuum eſſe malum Regum, quorum opes aſſentatio ſæpius,quàm hoſtis euerterit, Q.Curtius ſcribit: Ab quo proditum item ſcimus, id eſſe nationis Siculæ vitium proprium germanumque. Cynicum Diogenem ſcire admodum & verè ſolitum dicere accepimus, κρεῖττον εἶναι ἐς κόρακας ἀπελθεῖν, ἢ ἐς κόλακας, id eſt,Præſtare ad coruos redigi, quàm adulatoribus exponi. Quoniam illi morticina modo conſectentur,hi etiamnum viuos bonosque laniatu peſtifero excarnificare non deſinant. Et Anaxillas dixit,adulatores eſſe diuitum σκώληκας,id eſt,vermes. *Ex libr.*... *lect. antiq.Cælij,cap.*33.

Monet Seneca,adulatoribus non eſſe præbendum latus,qui artifices ſint ad captandos ſuperiores: habere enim hoc in ſe naturale blanditias, vt quum reijciantur, etiam placeant, ſæpeque excluſas nouiſſimè recipi. Remedium tanti mali eſt,nolle laudari. Et alibi Seneca: Pro ſua quemque portione adulatio infatuat. Vos quidem dicitis,me eſſe prudentem, ego autem video, quàm multa inutilia concupiſcam,nocitura optem. *Idem.*

Adulatorum guttur dicitur in Pſalmo ſepulchrum patens. In præceptis ciuilibus Plutarchus ſcribit, Demetrij adulatores indignum putaſſe,quo illum,opinor, arctius illaquearent, ac compeditum tenerent, cæteris regium nomen impertiti. Nam Seleucum Elephanterachen nuncupabant: Lyſimachum verò Gazophylacea, at Ptolomęum Nauarchũ: Agathoclea Neſiarchem. Idem alibi Plutarchus, nil intentius cauendum, quàm adulatores, monet. Quoniam nullum ſit pernicioſius genus, quodque in præcipitium feſtinantius iuuentutem agat: quippe parentes ac liberos radicitus exterunt. *Idem.*

## ¶ Apophthegmata.

*Pythagoras.* Pythagoras potius gaudendum redarguentibus, quàm aſſentantibus dicebat, quos etiam hoſtibus deteriores iudicabat. *Stobæus ſerm.* 12.

*Alexander.* Ariſtobulus hiſtoricus librum conſcripſerat de rebus ab Alexandro Macedone geſtis, in quo multa ſupra viri fidem adulantiſſimè affinxerat, eum quum illi in nauigatione recitaſſet, Alexander arreptum è manibus librum in fluuium Hydaſpen demerſit,& ad Ariſtobulum conuerſus: Tu, inquit, dignior eras, vt eodem præcipitareris, qui ſolus me ſic pugnantem facis, vt vel vno iaculo interficiam elephantes. *Eraſmus libro octauo apophthegm.*

*Idem,* validiſſima quadam rupe capta, quum amici dicerent, illum egregijs geſtis Herculem ſuperaſſe: At ego, inquit, meas res geſtas in imperio ne verbo quidem cum his, quæ geſſit Hercules, arbitror conferendas. Adulabantur illi, ſed huius animo nulla ſatisfaciebat adulatio. *Plutarchus in apophtheg. Regum & Imperatorum.*

*Cicero* cuidam nuntianti,Cæſaris amicos eſſe triſtes: Hoc dicis, inquit, illos Cæſari malè cogitare? Irriſit adulantem nuntium, quaſi Cæſariani rebus ſuis diffiderent, metuerentque Pompeium. *Plut.in Rom.apoph.*

*Idem,* Nolo,inquit, eſſe laudator, ne videar adulator. Et, habet adulatio principia iucunda, ſed exitus amariſſimos adfert. Item, Cuius aures clauſæ veritati ſunt, vt ab amico verum audire nequeat, huius ſalus deſperanda eſt. *Rhetoric. libro* 1. *& libro de amicitia.*

*Auguſtus.* Auguſtus Romanorum Imperator Tarraconenſibus pro læto oſtento ei nunciantibus, quod in eius ara palma eſſet nata. Apparet,inquit, quàm frequenter accendatis. Quod illi Dijs tribui volebant, ille tribuit illorum negligentiæ, qui nunquam in ara Cæſaris adolerent incenſum. *Eraſm. 4. apophthegmat. ex Suetonio*

*Furnius* Antonij partes ſequutus fuerat. At poſteaquam victoria ceſſit Auguſto,metuens ſibi,ſubornauit filium, qui à victore veniam peteret. Petijt,& impetrauit. Tum Furnius his verbis gratias Cæſari egit: Hæc vna,ô Cæſar,abs te mihi facta eſt iniuria: effeciſti, vt mihi & viuendum & moriendum ſit ingrato: ſignificans, tantam eſſe eius beneficij magnitudinem, vt nulla ex parte eſſet referendæ gratiæ. Reprehenſionis colore blanditus eſt principi. *Eraſm. 8.apoph.*

*Sfortia.* Quum quidam apud Sfortiam, vt eius ſibi gratiam compararet, Tartaliam accuſaret, quod in conuiuio quodam eius famam criminoſè laceraſſet. Sfortia animaduertens adulatoris improbitatem: Non opus eſt, inquit, vt hac in re multum perſuadendo me labores, quum Tartalia omnibus maledicat. Peracutè delatorem auertens, ſimul & ſua vitia Tartaliæ obiectans. *Paulus Iouius de rebus geſtis Sfortiæ,c.*85.

*Idem,* ex Sicilia nauigans quum vidiſſet garrias aues triremem circumuolantes, attentaſque, ſi quis bolus è triremi decideret, certatim illum arripere: quæque arripuiſſet, celeriter illam aufugere: conuerſus ad ſuos, dixiſſe fertur: Perſimiles ſunt his garrijs purpurati & curiales aliquot mei. Simul ac enim aliquod munus

aut

n à me acceperint, profugiunt. ...atorum mores, qui vbiq; præſto ...s in promptu: quo ablato, refu- ...nquam niſi vrgente neceſſitate redituri. *Panorm. libr. 1. de ...ſtis Alphonſi.*

...ſar Coſſa, is pontificatum adeptus maximum, Ioannes ...vigeſimus dictus, ſæpenumero ſupra modum laudatus, Quamuis ficta de me dici ſentiam, tamen ijs, quæ præclara ...ædicantur, plurimum oblector. Vnde ſunt, qui putant non ...doſeſſe, qui prorſus non ferunt vllam adulationem, quod ...roſit, vt intelligat laudatus, qualis eſſe debeat. *Æneas Syl- ...nde dictis & factis Alphonſi.*

...ides, ita eſt (inquiebat) ingenium hominum, vt facilè ad- ...eos, qui ſciunt obſequi & inſeruire ſtudijs cuiuſque. Hi ...li iam benigni, ac verè viri æſtimantur. At contra videre eſt, ...igidi putentur, qui ab omni aſſentandi ſtudio alieni, mode- ...nducere moliuntur. *Stobæus.*

...ippus, quum malè audiſſet à Diogene, quod Dionyſium ...: Si Diogenes, inquit, ſciret vti regibus, non veſceretur cru- ...es oleribus. *Idem.*

...ſthenes, ſatius eſſe dicebat, incidere in coruos, quàm in pa- ... Hi enim viuentis animum corrumpunt: illi ſolum mortui ... *Laert. lib. 6. cap. 1. Bruſon. lib 1. c. 7. Hoc alij Diogeni adſcri-*

...m, Vt meretrices bona omnia præter mentem & pruden- ...is amatoribus imprecantur, eodem modo adulatores ijs, ...s cum agunt. *Stobæus.*

...mocritus dicere ſolebat, rectè quidem facta laudare hone- ...ſſe: mala verò laudibus vehere adulterini eſſe animi, & im- ...is. *Idem.*

...tes, Paraſitos συγκατανευσιφάγους (quaſi quis Latinè come- ...es dixerit) quod omnium dictis facilè inter epulas annuant. ...*us.*

...m, ad opulentum adoleſcentem, quem paraſitorum comita- ...turba. Adoleſcens, ait, miſeret me tuæ ſolitudinis. *Sto-*

...m, eos, qui cum adulatoribus viuerent, aiebat eſſe deſertos, ...liter quàm vituli ſunt inter lupos. Neque enim illos adeſſe ...portet; neque cum ijs, qui adſunt, habere ſocietatem, quum ...ſidiatores. *Laert. lib. 5. cap. 1.*

...archus Solenſis, adulatorum mores dicebat humiles eſſe atq; ...s: breui tempore artem eorum durare, nemo enim paraſi- ...anum amat. Materia quoque fingendi tempore conſeneſcit. ...*æus.*

...ſilaus, adulatores aſſimilabat vermibus, qui triticum nacti ...ſcedunt, donec vacuum reddiderint: ſic illi diuitum ſubſtan- ...odunt. *Athen. ex Theophraſto.*

...ſionymus ſæpenumero dicere ſolebat: Ligna dum augent ...n. conſumi ab ipſo. Opes dum alunt adulatores, ab eis ipſis pe- ...*æus.*

...aratus, poſtquam cum ipſo colloquium Orontes habuiſſet ...s, cuidam dicenti: Aſperius tecum egit Orontes, ô Demara- ...hil, inquit, in me peccauit. Siquidem qui ad gratiam collo- ...tur, hi lædunt: non qui durius, cumque maleuolentia verba ...t. *Plut. in Lacon.*

...ſatis præcipere ſolebat, vt qui Regem conueniret, eum allo- ...rus, verbis byſſinis vteretur: hoc eſt, mollibus, talis enim à ...us expetitur oratio, non auſtera, & ad viuum reſecans. *Plut. ...ph.*

...ophus, Philippo iacienti in ipſum ſcommata, & admodum ... Ergo poſthac, inquit, te non alam. Lepidè inuertens rem, ...eges in hoc alunt paraſitos, vt illorum dictis exhilarentur. ...ſi ipſi Reges inter ſe norint ludere, & in alios ridicula dicere, ...pus ſit paraſitis, quum ipſi norint paraſitos agere, alioqui pa- ...magis alunt Reges, quàm Reges paraſitos. Quanquam Plu- ...s in Sympoſiacis ita refert, οὐκ ἐγώ σε τρέφω, id eſt, non ego te ...otans Regem, quod verſa rerum vice pro Rege ageret Mo- ...m: Tu me alis, vt ridiculis dictis te exhilarem, non ego te. ...*apoph.*

...dæmonicus, Alexander habebat Eudæmonicum philoſophū, ...ouis paraſito adulantiorem. Hic, quum aliquando tonaret ...enter, adeo vt omnes expaueſcerent, dixit Alexandro: Quin ...quippiam facis, Alexander, fili Iouis? At ille non ferens tam ...i philoſophi vocem, ridens ait: Nolo enim formidabilis eſſe, ...admodum tu me doces, qui ſatraparum ac Regum capita me ...ſuper cœnam apponere. Sic Athenæus. Plutarchus in vita e- ...us aliquanto. Quid mihi ſuccenſes, quod piſces apponam in ...io, ac non potius ſatraparum capita? *Eraſ. lib. 6. apoph.*

...*lexander Macedo*, quum in Hammonis templum veniſſet, ſa- ...s grandæuus illum ſalutauit: Salue fili, & hanc ſalutationem ...habeas. Tum Alexander: Lubens, ô pater, excipiam eam ſa- ...onem, & poſthæc lubens tuus ero filius, ſi mihi totius orbis ...rium conceſſeris: Sacerdos autem cum ſe intrò recepiſſet, ...Deum conſulturus, reſpondit, Iouem id promittere, quod pe- .... Iterum ab eodem ſcire cupiebat Alexander, num eorum ali- qui ſupereſſent, qui patrem Philippum interfeciſſent: ad quæ Sacerdos ait: Interfectores iamdudum dignas dederunt pœnas, qui Philippum occiderunt, ſed patri tuo nemo mortalium poteſt tendere inſidias. Tales ſunt hodie adulatores, qui ſub prætextu pietatis blandiloquio principes terrarum ſeducunt, tum eos quaſi Deos extollunt, & mira adulatione ad quiduis tentandum extimulant, nullam aliam ob cauſam, quàm vt ita principibus placeant, vt tamen nihil de dignitate, poteſtate, & authoritate illis decedat. *Vide Plut. in vita Alex & Q. Curtium.*

*Anaxarchus*, quum Alexandrum ſe ob Cliti necem diſcruciantem videret: Neſcis, inquit, ius & fas adſidere Ioui, quicquid Rex facit, id iuſtum faſque ſit? *Laertius libr. 9. capit. 10. Plutarchus in Alexandro.*

*Cœlius*, Cliens quidam, cum Cœlio oratori omnia in ſermone concederet, ille iam longa aſſentatione euocatus, dic, ait, contra: vt duo videamur. *Seneca.*

*Cicero*, quum Craſſus dixiſſet, Neminem Craſſorum Romæ vixiſſe diutius annis ſexaginta, deinde pœnitens eius ſermonis adderet, Quid mihi accidit, vt hoc dicerem? M. Tullius, Sciebas, inquit, Romanos hoc libenter audituros, & iſta via veniſti ad Rempub. gubernandam: duo ſignificans, & Craſſorum nomen inuiſum eſſe Romanis, & illum non virtute, ſed blandiendo prouectum ad honores. *Eraſ. 4. apoph*

*Seneca*, Alexander cum in obſidione cuiuſdam vrbis circuiſſet muros, ictu ſagittæ percuſſus, quum repreſſo ſanguine ſicci vulneris dolor creſceret, & crus obſtupuiſſet, coactus abſiſtere: Omnes, inquit, iurant me Iouis eſſe filium, ſed vulnus hoc hominem me eſſe clamat. Idem nos faciamus: dicamus, vos quidem dicitis me eſſe prudentem, ego autem video, quod multa inutilia concupiſcam, nocitura optem. *Epiſt. 60. ad Lucil.*

*Conſtantinus Imperator* ſpadonum atque aſſentatorum in principum aulis tantus erat hoſtis, vt eos tineas atque ſorices palatij appellare crebrò ſit ſolitus. *Nicephori interpres & Scholiaſtes lib. 8. c. 5. Eccleſiaſt. hiſtor.*

*Sigiſmundus Imperator*, aſſentatores ſe veluti peſtes odiſſe, cum diceret, Brunenius Neronenſis reſpondit, tamen nullum genus hominum magis amas, quàm adulatores. Tum Sigiſmundus: Vincis ſane, inquit. Ita enim natura comparatum eſt, vt quum vitandos eſſe adulatores dicimus, tum maximè illis hæreamus. Nam nec tu mecum tam diu fuiſſes, niſi meis moribus blandire aſſueuiſſes. *Æneas Syluius de dictis Sigiſ. & Friderici Impp.*

*Idem*, Quum adulatores odio haberet, cuidam ſupra modum eum laudanti, & Dijs ſimilem eſſe dicenti, alapas dedit, dicentique illi: Cur me cædis Imperator? Cur me, inquit Sigiſmundus, mordes, adulator? *Æneas Syluius libr. 1. Comment. de rebus geſtis Alphonſi.*

*Timon Philoſophus*, cum vidiſſet Arceſilaum inter aſſentatores euntem: Quid tu, inquit, veniſti huc vbi ſumus nos, qui liberti ſumus? Senſit vir prudentiſſimus, libertati nihil magis obſtare, quam aſſentatores. *Refert Laert. lib. 9. c. 12.*

*Antigonus*. Hermodotus Antigonum in carmine ſcripſerat Iouis filium. Is hoc legens: Iſtius, inquit, rei nequaquam mihi conſcius fuit Laſanophorus ille: perquam facetè ridens poeticam adulationem, pariq; modeſtia ſui generis humilitatem agnoſcens. Laſanum autem matula fictilis eſt. Quod ſi Iouis erat filius, ea res hactenus fefellerat, & ſeruum matulam in cubiculo ferre ſolitum, & Antigonum filium. *Plut. in apoph.*

*Arcadion*. Is odio Philippo Macedonis ſponte deſeruerat patriam. Euenit autem, vt Philippo Delphis agente, & ipſe adeſſet. Eum ergo rex accerſitum rogauit: Quouſque fugies Arcadion? Donec, inquit, peruenero, vbi nemo norit Philippum. Quis non miretur eam libertatem in adulatore? Sed hac libertate delectatus Rex vocauit illum ad cœnam, itaque cum eo in gratiam redijt. Quanquam libertati ſuberat adulatio: ſubindicans, Philippum nuſquam non eſſe celebrem. *Eraſ. lib. 6. apoph.*

*Agis Argiuus*, adulator, videns Alexandrum ingentia munera dediſſe cuidam ridiculo, exclamauit: O rem vehementer abſurdam, Quum Alexander hac voce excitatus, dixiſſet, Quid tu ais? Fateor, inquit Agis, me pati non poſſe, quum videam vos è Ioue prognatos, omnes pariter aſſentatoribus delectari. Siquidem & Iupiter Vulcanum habet pro Morione: & Hercules Cecropibus, & Bacchus Silenis delectari conſueuit. Tales videmus & apud te magnifieri. Peſtilentiſſimum adulationis genus, ſub libertatis imagine blandiri. *Eraſ. 6. apoph.*

*Anonymus*. Tiberio ſenatum ingrediente, ſurgens adulator quidam, exclamauit, eſſe liberè loquendum, nec reticenda, quæ ad Rempublicam attinerent. Erectis ad hanc vocem omnibus, ipſo etiam Tiberio attento: Audi, inquit, Cæſar, in quo te reprehendimus omnes, licet nullus audeat palam fateri. Impendis teipſum nobis corpus tuum diurnis nocturniſque laboribus & curis pro Republ. conficiens. Huiuſmodi multa cum diceret, ſub libertatis prætextu turpiter adulans, C. Seuerus ſubieciſſe fertur: Iſta tanta libertas hunc hominem dabit exitio. *Eraſ. lib. 6. apoph. Bruſon. lib. 3. cap. 16. ex Suetonio & Tacito.*

Tibe-

POLYANTHEA

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK PADERBORN

*Tiberius*, adulandi ſtudium in primarijs Reipubl. Romanæ viris deteſtatus, & indignè ferens, quantumuis tyrannidis amicus, quoties è Senatu egrediebatur, apud ſe exclamabat, ô homines ad ſeruitutem paratos. *Tacitus.*

*Iſocrates*, adulatores, vt impoſtores odio eſſe habendos ſuadebat. Creditores enim vtrique in re quauis ſibi credita fallunt. *Stob. Max. ſerm.* 11.

*Philo.* Philo dicere ſolebat fraudulentos adulatorum ſermones auerſandos eſſe, qui cum animæ rationem non habeant, veritatem in rebus perſpicere non ſinant. Aut enim laudant vituperanda, aut vituperant ſæpè, quæ omnem laudem excellunt. *Anton. in Meliſ.* 52. *Max. ſerm.* 11.

*Apollonius* rogatus à rege Babylonio, qua ratione quietè Imperio frui poſſet? reſpondit, Si paucis credideris. *Bruſon. libro tertio, cap.* 13.

*Criſpus Paſſienus* dicebat adulationi non eſſe claudendum oſtium, ſed aperiendum, verum vt ſolet amicæ: quæ ſi impulit, grata eſt: gratior, ſi effregit. Senſit non probandos eos, qui prorſus non ferunt vllam adulationem: quam vt affectare turpe eſt, ita ſe ingerentem ſe non oportet omnino repellere. Prodeſt enim in hoc, vt homo perſpiciat, qualis eſſe debeat. *Eraſm. lib.* 8. *apoph.*

*Phocion*, Antipatro petenti, vt in gratiam ſuim faceret quoddam quod cum iuſtitia non conueniret: Non potes, inquit ô Antipater, Phocione ſimul amico & adulatore vti, amicus enim non ad quiduis obſequitur, adulator autem in omnibus obſecundat. *Plutarch. in Græcorum apoph. Anton. in Meliſſ. Maxim ſerm.* 11.

*Bion* eos, qui auſcultarent adulatoribus, dicebat eſſe ſimiles amphoris, quæ auribus circumaguntur. *Eraſm.* 8. *apophtegm. ex Plutarcho.*

*Idem* interrogatus, quod eſſet animal omnium maximè noxium? Si de feris, inquit, percunctaris, tyrannus: ſi de mitibus, adulator. *Laert. lib.* 1. *c.* 6. *Plutarch.*

*Diogenes*, Oratores, qui in ſummo pretio apud Athenienſes habebantur, vocabat turbæ miniſtros: quod ad gratiam loqui cogerentur, ac ſeruiliter adulari ſtolidæ multitudini. *Laertius libro ſexto.*

*Idem*, Orationem blandam non ex animo proficiſcentem, ſed ad gratiam compoſitam, vocare ſolebat melleum laqueum, quod blande amplectens hominem iugulet. *Laert. lib.* 6.

*Idem* aiebat, in aſſentatione, veluti ſepulchro aut ſtatua quapiam, nomen ſolum amicitiæ inſcriptum eſſe. *Stobæus.*

*Idem* interrogatus, quænam beſtia morſum haberet omnium nocentiſſimum? reſpondit: Si de feris interrogas, eſt obtrectator: ſi de manſuetis, eſt adulator. Nam obtrectator quidem præ ſe fert odium, adulator autem ſub amici perſona multo lædit grauius. *Laert. lib.* 9. *Stob & Bruſon. lib.* 1.

*Idem*, Græci, ſi cui precantur exitium, iubent abire ad coruos, εἰς κόρακας. At Diogenes dicere ſolebat, multo periculoſius eſſe incidere in aſſentatores, quàm in coruos. Dicti iucunditas perit nobis, quæ eſt in Græcarum vocum affinitate. Nam κόρακας, appellant coruos, & vnica literula mutata κόλακας, adulatores. Hoc dictum tribuitur & Antiſtheni. *Laert. Eraſm.*

*Idem*, interrogatus, ob quæ facta canis nomen vulgo ſortitus eſſet, Quoniam dantibus blandior, inquit, non dantibus oblatro, malos autem mordeo. *Laert. libr.* 6.

*Idem*, Ariſtippum Philoſophum & Socratis diſcipulum vocabat regium canem, quod Dionyſio Siciliæ tyranno adularetur. Eſt enim canis animal ad adulationem & aſſentationem promptiſſimum. *Laert. lib.* 2. *cap.* 8.

*Epictetus*, audiens quendam adulatoribus facilè ſuas aures præbentem, corui, ait, mortuorum cadaueribus oculos euellunt, neque id iniuria, nullus enim vita functo luminis vſus eſt. At adulatores viuentium animos corrumpentes, omnem illis viſum adimunt. *Stobæus. Antonius in Meliſſ. part.* 1. 52. *Maximus ſermone quinquageſimo ſecundo.*

*Themiſtius*, quum videret Iouiani Romanorum Imperatoris aulam aſſentatoribus refertam eſſe, perfacetè atque luculenter illos irridens, ex moribus deprehendi, ait, purpuram ipſos magis quàm Deum colere: neque aliqua re ab Euripo differrè, nunc huc, nunc illuc, atque in contrarium adeo momentum refluente. *Nicephorus Calliſtus lib.* 10. *cap.* 42. *hiſtor. Eccleſ.*

*Sotion* dicebat, ſicut qui amicos peregrè abeuntes, dum via plana eſt, deducunt, dum aſperior eſſe incipit, recedunt. Ita adulatores comitantur diuites, & luxu diffluentes viros, at ſumptus cum deficit, ſtatim referunt pedem. *Stobæus ſerm.* 12. *& Maxim. ſerm.* 11. *ex Sotionis lib. de ira.*

*Phauorinus*, Actæon ab alumnis ſuis canibus interijt: paraſiti eos, à quibus aluntur, peſſundant. *Stob. ibid.*

*Plato*, quum Diogenem offendiſſet olera lauantem, dixit illi: Si Dionyſio morem geſſiſſes, profectò non lauares olera. Diogenes viciſſim Platoni: Si tu lauares olera, Dionyſio non inſeruiſſes. *Laer. libro* 6.

## ¶ Sententiæ Historicæ.

Nihil dulcius quàm nulli hominum ſtipendij gratia adulari, ſed vnumquenque ſibi ipſi ſufficientem ad res neceſſarias ſuppeditandas exiſtere. *Xenophon, de reb. geſt. Græc. lib.* 5.

Ex plebis adulatione omnis tyrannis naſcitur. *Dionyſ. Halicarn. libr.* 5.

Moribus corruptis adulatio perinde anceps eſt, ſi nulla, quam vbi nimia eſt. *Tacit. Annal. lib.* 4.

Veritati adulatio officit. *lib.* 6.

Laus falſa & precibus expreſſa, perinde cohibenda quam malitia, quam crudelitas. *lib.* 15.

Plura ſæpè peccantur, demeremur, quam dum offendimus. *Idem ibidem.*

Semper magnæ fortunæ comes adeſt adulatio. *Velleius Paterc. libro* 2.

Perpetuum malum regum adulatio. *Q. Curtius libr.* 8.

Adulatio, vitiorum altrix. *Ammian. Marcell. lib.* 20.

Adulationes, vetus in Republ. malum. *Tacitus, Annal. libro ſecundo.*

## Adulationis, *Adulatoris, & Adulatorum characteres.*

Adulationem putet aliquis eſſe turpem vitæ quotidianæ conſuetudinem, ſed quæ adulatori conducat. Adulator autem is eſt, qui ſi cum aliquo ambulet, ei dicat, viden' vt omnes in te oculos conuertunt? fit hoc nemini ex omnibus ciuibus, præterquam tibi. Heri in porticu magnum bonæ exiſtimationis tuæ fructum capiebas. Nam quum homines ibi plus quàm triginta ſederent, ſermoq; incidiſſet. Ecquis ciuium eſſet optimus? & orſos ab ipſo, & in eiuſdem nomen ſimul omnes recidiſſe. Hæc ille loquitur, aliaque his ſimilia. Idem ex illius veſtimentis cui aſſentatur, floccos ſolet eximere. Quod ſi qua palea vel feſtuca à vento acta illius capillamento adhæſerit, tollit adulator & ſimul renidens, En, inquit, quia biduo hoc ego te non vidi, vt canitie barba tibi eſt referta! atqui tu ſanè, qui id ætatis homo, ſis, habes vt ſi quis alius capillos nigros. Iam ſi loquatur ille, hic verò adulator ſilentium omnibus omnibus imperare, in os laudare, dicenti voce geſtuque applaudere, & vbi finem dicendi fecerit, dictum bene! acclamare. Quod ſi quem ille ſale aliquo perſtrinxerit, eundem iſte acerbè irridebit, veſtemq; ſibi in os indet, quaſi riſum tenere non queat. In via ſi qui fiant obuij, ſiſtere gradum iubet, donec ille tranſierit, &c *Theophraſt. in characteribus Ethicis.*

Adulator aulicus ita deſcribitur à Tacito, Egens, ignotus, inquies, dum occultis libellis ſæuitiæ principis adrepit, mox clariſſimo cuique faceſſit periculum, potentiam apud vnum, odium apud omnes adeptus, dans exemplum quod ſecuti ex pauperibus, diuites, ex contemptis metuendi, perniciem alijs ac poſtremo ſibi inueniunt. *Annal. lib.* 1.

Quidam adulationi libertatem veluti ſubauſterum condimentum admiſcent, quo proteruæ inter pocula loquacitati tædium dimoueant & ſatietatem, idque conſequantur, vt aſſentientes & concedentes quoties de re graui ſermo inciderit, non gratiam captare, ſed prudentia inferiores videantur. *Plutarch. in Antonio.*

Ijs omnia principum honeſta atque inhoneſta laudare mos eſt. *Tacit. Annal. lib.* 2.

Cum fortuna principis potius loquuntur quàm cum ipſo. *Idem, Hiſtor. lib.* 1.

Ita compoſiti, vt ex euentu rerum aduerſa abnuant, vel proſpera agnoſcant. *Hiſt. lib.* 3.

Veri copiam non faciunt, Sed ſuſpenſa, & quo ducantur inclinatura reſpondent. *Annal. lib.* 11.

Aulæ in perniciem ſuam alunt laudatores malorum, bonorum iuſtitiam ſimulantes. *Nicetus Acom. Andronic. lib.* 2.

Vt gutta continuò ſtillans durum etiam ſaxum excauat, & arborum folia erucæ abſumunt: ita adulatores ad extremum puſillis animis præditos homines abſumunt. *Conſt. Manaſſ. Annal. pagina* 117.

## ¶ Similitudines.

Veluti lupus animal eſt cani ſimile: Ita & adulator & adulter & paraſitus amico ſimilis eſt. Animum igitur aduorte, ne canum cuſtodum vice pernicioſos lupos neſcius admittas. *Apud Stobæum ſerm.* 3.

Vt medico carnem ſecante, manus concinnitatem quandam & elegantiam ſeruat, abeſt autem ſaltatoria geſticulatio: Ita libertas admittit vrbanitatem, ſeruata grauitate. Adulator riſu inepto, ſcurrilibusque iocis libertatem, veluti malis condimentis edulcat. *Plutarch.*

Item, quaſi præceptor puerum de ſtylo ac tabula obiurget: barbariſmum aut ſolœciſmum committentem diſſimulet. *Plutarchus.*

Item, quaſi malus orator, nihil ad argumenta reſpondens, vocem aut codicillos diligentis ſcriptoris calumniatur. *Plut.*

Perinde ac ſi quis hominis tuberibus ac fiſtulis laborantis medici ſimilio pilos & vngues ſecet: Ita adulator libertate vtitur in ijs, in quibus non eſt opus. *Plut.*

Bene olet vnguentum, bene olet & pharmacum: verum illud ad nihil vtile, niſi vt delectet: hoc præter odorem maiorem habet vti-

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK PADERBORN

et vtilitatem: ſic adulator tantum iucundus, amicus etiam vtilis & neceſſarius. *Plutarchus.*

Pictura colores habet iucundos: ſunt & pharmaca grati coloris: ſic amicus ideo delectat, vt iuuet: adulator tantum delectat. *Plutar.*

Vbi corpus vitioſis inflatum humoribus, ibi adſunt bubones: ſic vbi irascitur, amat, odit amicus: id premit adulator. *Plut.*

Pharmacum non adhibitum in loco, dolet abſque fructu: ſic obiurgatio non vt debet admota. Atque idem facit amicus cum moleſtia, quod adulator cum voluptate. Lædit enim vterque. *Plutarchus.*

Mala pictura, fractis veſtibus: rugis & angulis rem repræſentat: ſic adulator ſudoribus, clamoribus, amicum imitatur, nihil exhibens ſincerum. *Plut.*

Simia cum nec domum poſſit ſeruare more canis, nec onera gerere, quemadmodum equus: nec arare ſicuti boues, paraſitatur ac riſum mouet: ſic adulator cum in ſerijs ac grauibus rebus neſciat eſſe vſui, voluptatum miniſter eſt. *Plut.*

Quidam malè pinxerat gallos gallinaceos, iuſſitque puero vt veros gallinaceos procul abigeret à tabula, ne collatione deprehenderetur: ſic adulator veros amicos pro viribus abigit, ne ex illorum comparatione deprehendatur fictus amicus. *Plutarchus.*

Puluinaria mulierum, quanquam videntur reniti, ac reſiſtere capitibus, cedunt magis & accommodant ſeſe: ſic libertas adulatoris timet quidem, ſed in ſe recipit inclinantem. *Plutarchus.*

Vt difficile deprehenduntur beſtiæ, quæ ad loci ſimilitudinem mutant colorem: ſic eos aſſentatores haud facile deprehendas, qui ad omne vitæ inſtitutum omneſque affectus ſeſe accommodant. *Plutarch.*

Adulterina ſplendorem, ac nitorem tantum auri imitantur: ſic adulator gratiam, obſequium & hilaritatem amici. *Plutarchus.*

Nam vt polypus ſe quibuſuis locis: Ita nos debemus nos quorumlibet moribus accommodare. *Plut.*

Tragœdiarum hiſtrionibus choro opus eſt amicis concinentibus, theatroque applaudente: ſic qui gaudent adulatoribus, nihil agunt, niſi ſint qui applaudant. *Plut.*

Quemadmodum iuxta mathematicos ſuperficies & lineæ nec flectuntur, nec producuntur, neque mouentur per ſe, cum res ſint intelligibiles, ſed inflectuntur, producuntur & migrant pariter cum ipſis corporibus: Ita adulator ſuopte quidem affectu non mouetur, ſed cum irato amico iraſcitur, cum gaudente ridet. *Plutarch.*

Simia dum hominem imitari conatur, ſæpè capitur: eſt adulator, idem faciens, alios capit & allicit. *Plut.*

Inſania alendi equos, non conſequitur lenticulam, ſed arua frugifera: ſic adulatio non infeſtat pauperes, atque humiles, ſed magnarum familiarum ac fortunarum ruina morbusque eſt. *Plutarch.*

Pediculi corpora exanima deſerunt, vtpote defecta ſanguine, quo alebantur: ſic adulatores rebus proſperis ac feracibus adſunt, aridas & ſteriles non attingunt. *Plut.*

Vt ſylueſtria ſemina, quæ ſpatio ac magnitudine accedunt ad triticum, haud facilè repurgantur, nam per anguſta foramina non excidunt, per ampla ſimul excidunt: ſic adulatio, quæ amicitiam imitatur, non facilè ab amicitia reijcitur ac ſeparatur. *Plutarchus.*

Qui alunt belluam, primum accommodant ſe illius ingenio, & animaduertunt quibus rebus offendatur aut placetur, donec aſſuefacta fiat tractabilis: ſic adulator omnibus amici ſtudijs & affectibus ſeſe accommodat. *Plut.*

Obſoniorum egregij artifices condimentis nonnihil auſteri admiſcent, quo dulcedinis tollant ſatietatem: ſic adulatores fictam quandam libertatem ac ſeueritatem admiſcent, vt nunquam magis adulentur, quàm cum videntur obiurgare ac liberè loqui. *Plutarchus.*

Aqua delabitur vbicunque cauum ac decliuem locum reperit: ſic adulator vehementer vrget, ſi quid lapſus eſt amicus. *Plutarchus.*

Vt pictura eſt tacita poeſis: Ita ſilentio quoque laudat adulator, ſtupe vultuque & obſequijs. *Plut.*

Qui venantur, facilius fallunt feras, ſi aliud agentes, hoc eſt, iter facientes aut agricolantes, id faciant: Ita maximè laudat adulator, cum non apparet eum laudare. *Plut.*

Vt præterfluens aqua nullo certo colore eſt, ſed ſemper refert colorem ſubiecti ſoli: Ita adulator ſui diſſimilis eſt, pro re nata ſeſe adaptans. *Plut.*

In Menandri Comœdia inducitur falſus Hercules, clauam gerens, non robuſtam, ſed inanem, ac leuem: ſic adulatoris libertas mollis eſt & blanda. *Plut.*

Vt rupturæ & ſpaſmata tum demum mouentur, cum corpus aliquo malo corripitur: ſic amici non ingenui felicibus adulantur, lapſos obiurgant, & illorum infortunio fruuntur. *Plutarchus.*

Speculum quicquid obijcitur, imitatur: ſic adulator. *Plutarchus.*

Vmbra, quicquid agas, reſpondet & adeſt: ſic adulator quoquo te vertas ſequitur. *Plut.*

Chamæleon omnem imitatur colorem præterquam album, ſic adulator in turpibus nihil non imitatur: ſolum quod honeſtum eſt, imitari non poteſt. *Plinius lib.*8. *cap.* 33.

Imperiti pictores cum pulchra non queant aſſequi, rugis & verucis exprimunt ſimilitudines: ſic adulator refert intemperantiam, iracundiam amici. *Plut.*

Sunt cibaria, quæ neque ſanguini conferunt, neque ſpiritibus, neque neruis, neque medullis: ſed pudenda tantum mouent, ventrem inflant, corpus turgidum reddunt: Talis eſt adulatoris oratio, vitioſa tantum auget, & irritat, alioquin infrugifera. *Plutarchus.*

Medicus, ſi res poſtulet, aliquando crocum & nardum inijcit, & lauat ſuauiter, & paſcit humaniter: ſic amicus aliquando blandus eſt. *Plutar.*

Quidam tauris œſtrum, canibus crotonem in aures immittunt: ſic adulator in aurem admiſſus, haud facile excutitur, ſed tranſuerſum agit quo lubet. *Plut.*

Pictores iluſtrant lucida appoſitis vmbris & obſcuris: ſic adulator laudans diuerſa vitia in alijs, in amico nutrit, ac fouet, quæ adſunt. *Plut.*

Oratores aliquoties aliam perſonam loquentem faciunt, vel fidei cauſa, vel vt inuidiam fugiant: & adulator narrat, quæ ab alijs de amico audierit, etiamſi non audijt. *Plut.*

Si quis merum, alioqui conferens aduerſus cicutam, admiſceat illi, venenum reddit immedicabile, quod calore vim veneni protinus deuehat ad cor: Ita adulator intelligens libertatem eſſe remedium aduerſus adulationem, eam ipſam adulationi admiſcet, quo magis ſit noxia. *Plut.*

Vt monere, & moneri eſt veræ amicitiæ, & alterum liberè facere, non aſperè: ſic habendum, nullam in amicitijs peſtem eſſe maiorem, quàm adulationem, blanditias & aſſentationem. *Cicero, in Lælio.*

Quemadmodum qui audierunt ſymphoniam, ferunt ſecum in auribus modulationem, quæ ad dulcedinem cantumque cogitationes impedit, nec ad ſeria patitur intendi: ſic adulatorum & praua laudantium ſermo diutius hæret quàm auditur: nec facile eſt animo dulcem ſonum excutere: proſequitur enim & durat, & ex interuallo recurrit. *Seneca in epiſt.*

Quemadmodum Heliotropium herba ſemper in eam ſpectat partem, qua Sol eſt, & eo condito florem contrahit: ſic nonnulli ad regis omnes nutus obſecundant: & in quodcunque viderint illum eſſe propenſum, in id feruntur & ipſi. *Plin. lib.*18. *c.*27.

Vitrum mirè cryſtallum imitatur, res viliſſima rem longè precioſiſſimam: Ita aſſentatio amicitiam imitatur, res peſſima longè optimam. *Plinius libro nono, capite vigeſimo nono, & libro* 37. *capite ſecundo,*

Pardus odoris gratia allectans feras inuadit, atque occidit: Ita quidam blandiloquentia irretitos fallunt, ac perdunt. Sic principum aulæ habent neſcio quid blandum, quod inuitet in perniciem. *Plin. lib.*8. *cap.*17.

Vt ranæ vltra ſolitum vocales tempeſtatem ſignificant imminentem: Ita cum plurimum valet apud principes oratio malorum, bonis tacentibus, tum inſtat rerum perturbatio. *Plinius.*

Qui faſcino vtuntur, laudando necant arbores, ſata, pueros: Ita adulator laudando perdit. *Plin.*

Vt nihil inſidioſius melle venenato (nam ſunt quædam huiuſmodi) ita nihil magis cauendum, quàm blandus hoſtis. *Plin. libr.* 21. *cap.* 13.

Hyæna vocem humanam imitatur, & nomen alicuius ediſcit, quem euocatum lacerat: Ita quidam obſequio blandiuntur, donec in perniciem trahant. *Plin. lib.*7. *cap.* 2.

Vt canes Melitæi potiſſimum in delicijs ſunt opulentis ac potentibus fœminis: Ita principes effœminati delicijs, plurimi faciunt adulatores & ad gratiam omnia tum loquentes, tum facientes. *Plinius lib.* 3. *cap. vlt.*

Chamæleon qui ſubinde mutat colorem: omnem imitatur, præter rubrum & candidum: Ita adulator nihil non imitatur in amico præter ea quæ honeſta ſunt. *Plin.*

Quod oleum eſt muſcis, formicis, fereque reliquis inſectis, id eſt adulatio ſtultis principibus. Siquidem oleo peruncta moriuntur illa: hi aſſentatione, & obſequio palponum in exitium trahuntur, ipſi trahunt Rempublicam. *Plinius capit.*30. *& libro vndecimo, capite* 19.

Cupreſſo non innaſcuntur ceraſa propter amaritudinem, nec buxo propter duritiem: Ita peſtis adulationis fugit ſeuera ac triſtia ingenia, mollia captat & facilia. *Plinius libro ſeptimo, capite vigeſimo quarto.*

Vultures triduo futura cadauera præſentiunt, eoque aduolant: Ita quidam captatores, multis etiam annis morti diuitum imminent. *Plin.*

Heliotropium ac lupinum circumaguntur cum Sole & quocunque

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

cunque ſe moueritille,eodem deflectunt & hæc cacumen: Ita proceres aulici,quocunq; regis ingenium vertit,eo propendent omnes. *Plin.*

Vt ſuauius eſt antiphonum, quam ſi vox omnino ſit eadem: Sic iucundior amicus, ita concors, vt tamen nonnihil diſsideat quàm adulator per omnia obſeruans. *Plin.*

Hyæna,ſicut & Ichneumon,nunc mas eſt,nunc fœmina: Ita quidam ſui diſsimiles, nunc fortia loquuntur, nunc mollia, nunc philoſophi ſunt,nunc nepotes,nunc amici,nunc inimici. *Plin.lib.7.c.2.*

Vt timidus miles videns hoſtes appropinquantes cogitat de adornanda fuga: Sic adulator videns imminere periculum ab ijs, quorum opibus viuebat,ſtatim retrocedit. *Apud Stobæum ſerm.* 12.

Similis eſt adulatio panopliæ pictæ, quæ delectationem quidem, ſed vſum nullum præſtat. *Apud Stobæum ſerm.* 12. *Maximus ſermon.* 11.

*Antiſthenes*, quemadmodum meretrices bona omnia præter mentem & prudentiam ſuis amatoribus imprecantur: Eodem modo adulatores ijs, cum quibus agunt. *Apud Stobæum ſermone duodecimo.*

*Sotionis*, ſicut qui amicos ad peregrinationem euntes, dum via plana eſt,deducunt: dum aſperior eſſe incipit,recedunt. Sic adulatores comitantur eos, qui diuitias & opes paratas in promptu habent,vt exponant liberaliter,verum ſumptus cum deficit,ſtatim retrocedunt. *Apud Stob. ſerm.* 12.

Quemadmodum Delphini, quouſque vnda ſubeſt, comitantur natantes, in littus verò nunquam egrediuntur: Sic adulatores in ſereno rerum ſtatu ſemper manent. *Apud Stobæum ſermone* 12. *& Maximum ſermone vndecimo, ex Sotionis libro de ira.*

*Ariſtonymi*, quemadmodum ligna, dum augent ignem, ab ipſo conſumuntur: Ita opes, dum alunt adulatores, ab eis ipſis pereunt. *Apud Stobæum ſerm.*12. *Anton. in Meliſſ. part.* 1. *ſerm.*52. *Maxim. ſerm.* 11.

*Phauorini*, quemadmodum Actæon ab alumnis ſuis canibus interijt: Sic paraſiti eos,à quibus aluntur,peſſundant. *Apud Stobæum ſerm.*12.

*Antonij Monachi*, ligna, quemadmodum ab igni conſumuntur: ſic amplisſimę diuitię ab adulatoribus dilapidantur. *In Meliſſ. part.* 1. *ſerm.*52.

Quemadmodum lepori canem: ſic amico adulatorem natura infeſtum eſſe cogitandum eſt. *Ibidem.*

*Roterodami*, Vt canes Melitæi potiſsimum in delitijs ſunt opulentis ac potentibus fœminis: Ita principes effœminati delitijs plurimi faciunt adulatores, & ad gratiam omnia tum loquentes, tum facientes. In prouerbio, Canis Melitæus. *Ex Plin. libro tertio, capite vltimo.*

Vultures triduo futura cadauera præſentiunt, eoque aduolant: Ita quidam captatores multis etiam annis morti diuitum imminent. *In ſimilitud.*

Non omnem eſcam omnes amant piſces, ſed alius alia delectatur: vnde piſcatores gnari, quam quiſque maximè appetit, fallunt ea potiſsimum obiecta: Ita adulator deprehenſo hominis ingenio, quibus rebus deliniatur,à quibus abhorreat,quod illi gratiſsimum eſſe intellexerit,hoc potiſsimum eum captat. *In ſimilitud.*

Vt heliotropium ac lupinum circumaguntur cum ſole, & quocunque ſe mouerit ille,eodem deflectunt & hæc cacumen: Ita proceres aulici, quocunque regis ingenium vergit, eo propendent omnes. *In Similitud.*

Qui faſcino vtuntur, laudando necant arbores, ſata, pueros: Ita adulator laudando perdit. *In ſimilitud.*

Vt ranæ vltra ſolitum vocales tempeſtatem ſignificant imminentem: Ita quum plurimum valet apud principes oratio malorum,bonis tacentibus,tum inſtat rerum perturbatio.

*Thriueri*, qui alteri innititur, nunquam poteſt rectè incedere, & qui primatis alicuius aut plebeculæ captat officium, nunquam poteſt quicquam liberè dicere. *In apophtheg.* §. 113.

Ventus ſubinde eſt eo peſtilentior,quo ſpirat ſuauior: nec ſemper fidendum eſt ijs, qui blando ſermone hominem excipiunt, & multa promittunt: ferè enim tales ſunt, qui technas & inſidias ſtruunt. §. 115.

Non eſt mirum, quod pueri dulcia appetant, ſed eſt dolendum, quod principes tanti aſſentatores faciant. Nam hi corrumpunt vniuerſum hominem,dulcia verò duntaxat ventrem. §.91.

Vt Patroclus in bellum proditurus reliqua quidem Achillis arma ſibi ſumpſit,ſolam haſtam,vt grauem ac præualidam, non attigit: Ita adulator omnia veri amici ſymbola imitatur, præter ſolam admonendi libertatem. *Plut.*

Medicus dat operam,quo ſanitatem tueatur & augeat: Ita facit amicus: At adulator laceroſas titillat partes. *Plutarch.*

## ¶ ADAGIA.

Mercenarium præconium. *Tullius.*

*Laudes non ex animo tributas, ſed commodi gratia per adulationem oblatas, M.Tullius actione in Verrem, 3. mercenarium præconium appellat.*

Saluete equorum filiæ. Χαίρετ᾽ ἀελλοπόδων θυγατέρες ἵππων.

*Apparet ioco vulgari fuiſſe iactatum in eos, qui emolumenti gratia blandiuntur.*

Verbis coquinarijs. ῥήματα μαγειρικά.

*Venuſtè dixit Ariſtophan. in Eq. pro verbis mollibus, blandis ac dulcibus: coquorum enim eſt edulcare cibum, per ſe ſubauſterum.*

In oſtio formoſus. ἐν θύρᾳ καλός. *Ariſtophan.*

*De ijs, qui adamantur, vulgoq; gratioſi habentur.*

Python formoſus. Πύθων καλός. *Pind.*

*Conueniet, vbi quis per adulationem falsò laudatur.*

Myoſobæ. Μυοσόβαι. *Athenæus.*

*Dicetur rectè in eos, qui in friuolis cuipiam inſeruire conantur.*

Haudquaquam difficile Athenienſem Athenis laudare. Οὐ χαλεπὸν Ἀθηναίους ἐν Ἀθήναις ἐπαινεῖν.

*Dictum eſt autem propter encomia orationesq; panegyricas, quæ Athenis ex more exhibebantur ijs, qui fortiter oppetijſſent in bello, in quibus quia plurima dicebantur in laudem populi Athenienſis, pronis auribus audiebantur, propterea quod ſuis quiſque laudibus fauet.*

Cura eſſe quod audis. *Horat.*

*Conuenit in diuites, qui ita demum felices fuerint, ſi id ſtudeant eſſe, quod audiunt ab adulatoribus.*

Herculana ſcabies. Ἡράκλειος ψώρα.

*De ſcabie iucunda facileq; ſanabili, interprete Suida. Eraſmus putat dici in eos, qui blandis adulationibus deliniti, veluti iucunda quadam ſcabie pruriunt.*

Ficum cupit. σῦκον αἰτεῖ.

*In eum dicebatur, qui commoditatis alicuius gratia blandiebatur.*

De fera comediſti. Ἀγρίου βέβρωκας.

*Dicebatur olim oſcitanti. Venuſtius erit, ſi commodè transferatur ad ſupinos, oſcitabundos & negligentes.* Du haſt auch vom faulen Fleiſch geſſen. Item, Du boreſt nit gern dicke brettlein. Item, Were holtzhawen ein orden / es weren ſo viel Mönch nit worden.

Ἀδελφίζειν.

*Dicuntur, qui vocabulis adoptiuis alicui blandiuntur, & fraterculum appellant. Horatius frater pater, adde.*

Demulcere caput.

*Pro blandiri, ſumptum ab adulantium geſtu. Germani dicunt,* die Ohren meicken. Item, die Blumen ſtreichen.

Refutantis laudem immodicam.

Οὔτι ἐγὼ θεός εἰμι· τί μ᾽ ἀθανάτοισιν ἐίσκεις;

*Nullum ego ſum numen: quid me immortalibus æquas?*

*Plutarchus monet, vt hoc Homericum carmen ſemper habeamus in promptu, tanquam pharmacum aduerſus venenum adulationis: aut vbi quis magnificentius, quam pro merito laudat.*

Cauda blandiri. κέρκῳ σαίνειν.

*Caudâ blandiri dicuntur, qui ſpe commodi cuipiam adulantur.*

Præſtat habere acerbos.

*M. Tullius in dialog. de Amicitia: Scitum eſt enim illud prouerbium Catonis: Multo melius de quibuſdam acerbos inimicos mereri, quàm eos amicos qui dulces videantur.*

Benignior pellace vulpe. ὦ πλεῖον ἵλαος αἱμύλης ἀλώπεκος.

*De eo qui commodi ſui cauſa ſimulat beneuolentiam.*

Lethale mulſum. θανάσιμον μελίκρατον. *Diogen.*

*Lethale mulſum dicitur, quicquid ita iucundum eſt, vt idem ſit pernicioſum.*

Χρηστολόγος.

*Χρηστολόγοι dicebantur, qui probe loquuntur, & improbe faciunt. Paulus in Epiſt. ad Rom. huiuſmodi blandiloquentiam* χρηστολογίαν *vocat.*

Ioan. Pæan. *Horatius.*

*Athenæus ſic citat,* ἰὴ παιάν. *Acclamatio prouerbialis, qua conſueuimus, re grauiter & feliciter peracta.*

Polycrates matrem paſcit. Πολυκράτης μητέρα νέμει. *Zenodot.*

*Quoties aliquis in comendandis amicis eſt benignior, officioſiorq;.*

Ipſemet canit. αὐτὸς αὑτὸν αὐλεῖ.

*Hoc eſt: Ipſemet cuiuſmodi ſit, factis ipſis declarat. Adagium in vtramlibet partem poterit applicari, bonam vel malam.*

Magis ipſe Phryx. μᾶλλον ὁ Φρύξ. *Æſopus.*

*Equidem conijcio dictitatum, quoties ea magis probarentur, non quæ veriora ſint, ſed quæ adulantius dicta.*

Pulchrè dixti. Bellè narras. καλῶς ἔλεξας. *Plato.*

*Huc pertinere videntur ironiæ illæ prouerbiales, paſsim in Comœdijs obuiæ. Dixti pulchrè: Belle narras. De re dictu vehementer abſurda. Plato in Euthyd.* Du redeſt weißlich von der Sach.

Climacides. Κλιμακίδες. *Plutarchus.*

*Per iocum vocari poterunt, qui ſe diuitibus ad quiduis obſequij ſubmittunt, etiamſi ſordidiſsimum ſit.*

Gloſſogaſtores. Γλωσσογάστορες.

*Qui linguam habent venalem, ea loquentes, quæ ventri conducunt. Germani tales vocant* Zungendreſcher. *Quorum in numero vel primus locus nonnullis cauſidicis aſsignandus videtur.*

Ex cohorte Prætoris. *Tullius.*

*Qui ad omnem nutum præſto ſunt, & cum authoritate delegantur*

*[illegible]ud exequendum, ex cohorte Prætoris, appellari*

[illegible]o talario. vel, conſeſſus talarius.

*[illegible]cie caret, quod habetur in Epiſt. ad Attic. lib.* 1.

*[illegible]ro conuentu hominum parum honoratorum.*

## Exempla Biblica.

[illegible]mpla: Core & eius complices. *Num.* 16. *verſ.* 13. [illegible]*am.* 22. *v.* 9. Amalechita, 2. *Samuel.* 1. *v.* 10. Re[illegible]. 8. Abſalom, 15. *v.* 3. Siba, 16. *v.*.... Sedechias, 1. [illegible]*lipom.* 8. *v.* 10. Pſeudoprophetæ, 1. *Reg.* 22. *v.* 11. 2. *Mich.* 3. *v.* 5. Pſeudoprophetæ & Sacerdotes, *E*[illegible] 2. *v.* 28. *Ierem.* 6. *v.* 14. & 8. 11. *Thren.* 2. *v.* 14. Iu[illegible]niores Roboam conſiliarii, 2. *Paralipom* 10. *v.* 10. Principes Iuda, 24. 17. Hoſtes Iuda & Beniamin, 1. *Eſdr.* 4. *v.* 14. Duces & bellatores Nabuchodonoſor, *Iudith.* 2. *v.* 4. Manucham, *Eſth.* 1. *v.* 16. Regis Aſ[illegible] 4. Amici Aman, eiuſque vxor Zares, 5. 14. Præfecti [illegible] *Daniel.* 6. *v.* 7. Alcimus, 2. *Machab.* 14. *v.* 6. Filia Hero[illegible]dis, *Matth.* 14. *v.* 6. Diſcipuli Phariſæorum & Herodiani, 22. 16. Herodes Agrippa, *Act.* 12. *v.* 3. Populus adſtans Herodi concionanti, [illegible] Iudæis 17. 7. Accuſatores Pauli, 23. 4. Tertullus, 24. 2. Felix adu[illegible] Iudæis 24. 27. Feſtus Iudæis, 25. 9. Agrippæ, *v* 26. Quidam ſchi[illegible] Eccleſiæ Romanæ, *Rom.* 16. *v.* 18. Adulationis punitæ exempla: Core, Dathan, Abiron, eorumque complices, *Num.* 16. *v.* 31. 32. 33. Amalechita 2. *Sam.* 1. *v.* 15. Rechab, Baæna, 2. *Sam.* 4. *v.* 12.

## ¶ Profana Exempla.

*Domitianus* à Quintiliano maximus Poeta dicitur, fortaſſis adu[illegible] cauſa. Quoniam à Domitiano ſororis filiorum inſtitutioni præfectus fuerat. *Cuſpinian.*

*Decius Laberius* Actor mimorum, inuitatus à Cæſare, vt in ſcenam prodiret: reſpondit, ſe neceſſario coactum nihil tanto viro denegare poſſe, cui & ipſi Dii omnia tribuiſſent. *Macrobius.*

*Dionyſius iunior* adulatoribus vnice delectabatur, ab eo nuncupati Dionyſiocolaces: qui ſubblandiendi cauſa nihil ſe eorum, quæ apponebantur, videre, ita ementiebantur: vt ab ipſo Dionyſio ducta[illegible] geſſirent. *Cælius libro vigeſimo ſecundo, c.* 17.

*Alexandrum Magnum*, poſt res in Aſia geſtas, cum iam Indi[illegible] expeditionem; cepit in tanto rerum ſucceſſu gloriæ cupido: vt iam non aliter, quam proſtratis humi corporibus ſe ſalutari pateretur, ſuperabatque abunde adulatio perpetuum regnorum malum. *Sabell. l.* 6. *Enn.* 4.

*Demadem* Oratorem miſſum ad Alexandrum, quod eum Deum [illegible] Athenienſes mulctauerunt. Euagoram vero, quod Regem eundem adorauerat, interfecerunt.

*Antoninus Caracalla Imperator* omnem illam pecuniam, quam per continuas exactiones extorſit, partim militibus, partim aſſentatoribus largitus eſt. *Dion. & Xiphilin.*

*Andromachus Carrenus* Craſſi adulator, cui ille omnia communicabat, Parthis eum prodidit.

Quam is eſſet ad omnes homines *M. Craſſus* aſſentationibus [illegible]peritiſſimus: idem erat tamen viciſſim adulationibus [illegible] omnium. *Plut. in Craſſo.*

*Patrulides* ita cauſa fuit, vt Philippus, cuius aſſentator erat, à Romanis vinceretur, vt author eſt Polybius.

*Veſpaſianus Imper.* generis ſui ignobilitatem frequenter etiam [illegible], eosque irriſit, qui illud in Herculem referre conarentur. [illegible]

*Cliſophus*, Philippi Macedonis paraſitus, claudum ſe fingebat, quod Philippus crus fractum haberet: os, oculosque idem contorquebat, quoniam huiusmodi geſtibus Dominum videbat.

*Niceſias*, quum Alexandrum Magnum à muſcis petitum videret, [illegible] inquit, hæ cæteris præſtant, quæ tuum ſanguinem deguſtant. Cum vulneratum ſemel conſpiceret, illud Homericum protulit, ἰχὼρ οἷος πέρ τε ῥέει μακάρεσσι θεοῖσι. Qualis diuorum percurrit corpora ſanguis.

*Cheriſophus*, Dionyſii paraſitus, quum videret eum ſeparatim cum amicis ridentem, ipſe procul etiam ridebat, interrogatusque ab eo, cur rideret: quod, inquit, exiſtimem digna riſu, quæ dicis.

*Caſſander Antipatri filius*, Babylonem veniens, cum Barbaros venerabundos Alexandrum ſalutantes conſpexiſſet, vir in libertate eruditus Græca, atque huiusmodi ſpectaculi hactenus inſolens in cachinum eſt effuſus; ea re exarſit ita Alexander, vt arreptum [illegible] caput eius ambabus manibus vehementer contuderit ad parietem. *Plut. in Alex.*

## Hieroglyphica.

*Fiſtulatum ceruo picta*, pernitioſam indicat *adulationem*, ob hiſtoriam ſcilicet, quæ ſuper ea & ceruo fertur. Animal id eius ſuauitate modulisque mulceri, & ad ſtuporem vsque delectari dicitur: vnde accidat, vt dum ceruus intentior in eam incumbit, incauto illi ab alienatoque mors inferatur. *Pierius Valerius lib.* 47. *p.* 460. *E.*

Diuitem hominem adulatoribus deditum Thebanus Crates per *ficum arborem* in prærupta aſperaq; rupe ſatam deſcribebat: quippe quo ſit hominibus difficilis acceſſus: eius vero fructus à Coruis & Miluis tantum decerpi: Ita horum opes ab impuris tantum & adulatoribus depaſci. *Pierius lib.* 53. *p.* 521. *B.*

*Apem Adulatoris* Hieroglyphicum ponit Eucherius: vtpote quæ mel in ore habet, in occulto caudæ ſpiculum: atque ita homines, qui lingua blandiuntur, latenter vero feriunt, ſignificare: loquēdo enim mellis dulcedinem proponunt, re vero ipſa vulnus inferunt. *Pierius lib.* 26. *p.* 244. *E.*

Sunt qui *adulatorem* blandiloquum & mordacem ſimul ſcurram, per *Canis* Hieroglyphicum oſtendant: quorum alter in obſequium plus æquo pronus: & alter quælibet in quemuis opprobria fingere ſæuus. Sumptum ex quadam Diogenis Cynici reſponſione. *Val.* Pier. *lib.* 5. *p.* 49. *B.*

*Alphonſus rex* adulatores lupis haud abſimiles eſſe dicebat. Nam quemadmodum lupi titillando & ſcalpendo aſinos vorare ſoliti eſſent: ita adulatores ad perniciem principum blanditiis ſimul ac mendaciis intendere. *Anton. Panorm. de rebus geſtis Alphonſi lib.* 3. *& Aen Syluius de eius dictis.*

*D. Gregorius*, Adulator ſcorpio eſt, qui palpando incedit, ſed cauda ferit. *In Ezech. lib.* 1. *c.* 9.

## ¶ Emblemata.

In Adulatores. Alciat.

Emblema LIII.

*Semper hiat, ſemper tenuem, qua veſcitur, auram*
*Reciprocat Chamæleon:*
*Et mutat faciem, varios ſumitque colores,*
*Præter rubrum vel candidum.*
*Sic & adulator populari veſcitur aura,*
*Hiansq; cuncta deuorat:*
*Et ſolum mores imitatur principis atros,*
*Albi & pudici neſcius.*

In adulari neſcientem. Alciat.

Emblema XXXV.

*Scire cupis dominos toties cur Theſſalis ora*
*Mutet, & vt varios quærat habere duces?*
*Neſcit adulari, cui quamue obtrudere palpum*
*Regia quem morem principis omnis habet.*
*Sed veluti ingenuus ſonipes dorſo excutit omnem,*
*Qui moderari ipſum neſciat Hippocomon.*
*Nec ſæuire tamen domino fas vltio ſola eſt,*
*Dura ferum vt iubeat ferre lupata magis.*

## ¶ Fabula.

Paſtor quidam cani oues ſuas dederat cuſtodiendas, optimis illum paſcens cibis, at ille ſæpe ouem aliquam occidebat: quod cum paſtor animaduertiſſet, canem capiens volebat occidere: cui canis: Quid me, inquit, perdere cupis, ſum vnus ex domeſticis tuis, interfice potius lupum, qui continuo tuo inſidiatur ouili. Imo, inquit paſtor, te quam lupum morte dignum magis puto: ille enim palam ſe meum hoſtem profitetur: tu vero ſub amicitiæ ſpecie quotidie meum imminuis gregem.

Hæc innuit fabula, longe magis puniendos, qui ſub amicitiæ ſpecie nos lædunt, quam qui apertos ſe inimicos profitentur.

## ¶ Scriptores.

De adulatione *Stobæus ſermone* 12. S. Pater maximus Anton. Mona. *Meliſſæ lib.* 1. 52. Ioan. Carnoten. *l.* 3. Lumen animæ, *Titul.* 17. & *para.* 2. *c.* 18. Pontanus *de ſermone lib.* 1. *c.* 14.

De adulatoribus quibusdam & ſcurris, *Leonicem. l.* 3. *c.* 3. De paraſitis nobilibus ex Athenæo, *Raph. Volateran. l.* 28. Bruſonius *l.* 5. *c.* 9. Florileg. Græcum *l.* 1. *c.* 42.

De captatoribus, *Pontan. de ſermone lib.* 1. *cap.* 15. Guglottogaſtor, Tretres, *lib.* 10. *c.* 313. De Gnathonibus & Thraſonibus, *Ioan. Carnoten. lib.* 8.

Contra Gnathonicos, *Ioan Carnoten. lib.* 6. Adulationis & paupertatis colloquium, *Ioan. Artopæi.* De adulatione vitanda, *Seneca lib.* 22. *epiſtola* 123. & *lib.* 4. *epiſtola* 31. Adulatio vitanda principi, *Deſid. Eraſ. de inſtitutione principis Chriſtiani ad Carolum V. ſtatim ab initio.* Dicta contra paraſitos & aſſentatores, *Raphael Volater. li.* 28. De paraſito fruſtrato cœna, *Tret. lib.* 8. *fol.* 160. Quod Plato adulabatur tyrannis, *Tret. lib.* 10. *fol.* 357. Dionyſiocolaces & Alexandrocolaces qui, *Cælius l.* 22. *c.* 17.

Modus laudis absque adulatione, *Marſilius l.* 1. *c.* 9. Quômodo diſtinguatur amicus ad adulatore, *Maximus Tyrius ſermone* 14. *Plut. de diſcrimine adulatoris & amici.*

---

# Adulterium.

## ¶ DEFINITIO: ET ETYMOLOG.

ADulterium, Hebr. *Niuph.* Vide Etymologic. trilingue Lugduni editum anno 1607. pag. 24. col. 2. Græce μοιχεία, ας, ἡ, vnde



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN